

191400



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15

HOSPITAL REAL
GRANADA

22
572


Del Colegio de la Compa de la deganada

A C T I O N E S . *Ba*

C O N C I L I I P R O V I N - C I A L I S T O L E T A N I ,

in eiusdem urbis templo Cathedralis ecclesiae assumptioni Deiparæ Virginis Mariæ cōsecrato celebratæ; sub sanctissimis Dominis nostris Pio quattro, & Pio quinto: regnante inuitissimo rege nostro Philippo secundo: præsidente Domino Christophoro Rogio de Sandoual, Episcopo Cordubensi:

R-23.023



C O M P L V T I .

Excudebat Andreas de Angulo.

1566.

Vendense en casa de Blas de Robles Librero.



On Philipe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leó, de Aragó, de las dos Sicilias, de Jerusalé, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valécia, de Galizia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, & Murcia, de Iacé, de los Algarbes, de Algezira, de Gibraltar, Cöde de Flandes, y de Tirol, &c. Por quanto por parte de vos el Reverendo in Christo padre don Christoual de Rojas, Obispo de Cordoua del nuestro Consejo presidete que fuiste del sancto Concilio prouincial que se celebro en la ciudad de Toledo, nos fue fecha relacion quel dicho Concilio se auia celebrado publicado y fenescido en este presente año de sesenta y seys, y para que del se pudiesse tener mejor noticia era necesario que se imprimiesse suplicandonos vos die

semos licencia para ello, o como la nuestra merced fuese. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, y los decretos del dicho Concilio, fue acordado que deniamos mandar dar esta nuestra carta en la dicha razon y nos tuuimos lo por bien, y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor de estos nuestros reynos para que pueda imprimir el dicho Concilio sin que por ello caigan ni incurran en pena alguna, y mandamos que despues de impresso no se pueda vender ni venda el dicho libro sin que primero se traiga al nuestro Consejo juntamente con el Original que en el fue visto: que va rubricado en cada plana y firmado al fin del Domingo de Quatulad nuestro Escriuano de camara delos que residen en el nuestro consejo para que se vea si la dicha impression està conforme al Original, so pena de caer & incurir

*en las penas contenidas en la Pragmatica
y Leyes de nuestros reynos, y no fagades
ende al so pena dela nuestra merced y de
veinte mil marauedis para la nuestra ca-
mara, dada en Madrid a ocho dias del
mes de Abril de mil y quinientos y se-
senta y seys años.*

*El Licenciado Diego Despinosa. El Li-
cenciado Morillas. Doctor Suarez de
Toledo. El Doctor Gaspar de Quiro-
ga. Doctor Castejon.*

*Domingo de Cañala Escrivano de
camara de su Magestad lo fiz e escreuir
por su mandado con acuerdo delos de su
Consejo ..*

*Registrada Martin de Vergara.
Martin de Vergara por Chanchiller.*

*Conferido con el original por do se mādo
imprimir esta bien y fielmente impresso, sin
erratas sino vna en la foja. 40. linea antepe-
nultima do dize deputa diga deputata.*

INDEX EO-

R V M, Q V A E I N H A C
*Sancta Synodo Toletana sta-
tuta fuerunt.*



Archiuum publicum habeant
Episcopi, in quo scripturæ ad
Episcopalem dignitatem pertinen-
tes, reponantur. 44.

Archiuo Episcopali nulla origina-
lis scripture amoueatur. ibidem.

Archiuum Episcopale ubi consti-
tuendum. ibidem.

Archiuui Episcopalis due sint cla-
ues in sede vacante. 45.

Archiuum hoc ab Episcopo corā
notario & testibus, quolibet biénio
visitetur. ibidem.

Index.

Archiuum publicum sit etiam , in qualibet cathedrali aut collegiata ecclesia,in quo scripturæ ad eā pertinentes custodianter. 46.

Archiuui huius duæ sint claves. ib.
Archiuum hoc quolibet biennio visitetur. ibi.

B

Baptismum sine sacrilegio reiterari non posse. 12.

Beneficium qui resignauerit, & partem fructuum accepserit absque apostolicæ sedis permissione, de simoniaca pactione sit suspecto. 42.

Beneficia quæcunque obtinentes in ecclesijs parochialibus, teneantur coadiuare presbyteros parochiales in audiendis subditorū confessionibus. 67.

C

Index.

Canonici qui dū diuinæ officia dicuntur deambulant, aut cū alijs colloquuntur, quomodo puniēdi. 58.

Canonici ad examinandas rationes reddituum , vel ecclesiæ, vel capituli deputati , quo tempore huic munere vacare debeant. 60.

Canonicatum & præbendarum dimidia saltem pars ordinem sacerdotij, altera verò diaconatus & subdiaconatus in posterum annexum habeat. 55.

Canonici, & præbendas obtinentes in choro & capitulo quo pacto sedere debeant. 56.

Canonici, & dignitates habentes, ministri etiam ecclesiæ, certis quibusdam anni diebus , sacram Eucharistiæ Sacramentum sumere tecneantur. 50.

Index.

Canonici, & reliqui qui in hac re
sanctæ synodi iussis non obtempe-
rauerint, qua pœna sint multandi.
ibidem.

Canonicatum saltem pars dimi-
dia, magistris vel doctoribus, aut li-
centiatis in theologia, vcl iure cano-
nico conferatur. 41.

Canonicatus qui sene*re* iuxta præ-
scriptum modum fuerint collati,
non aliter in posterum alijs confera-
tur. ibid.

Canonicatus qui primò vacauerit,
doctori vel magistro, vel licentiato
in sacra theologia, qui sacram scri-
pturam sit interpretaturus, confe-
ratur. 40.

Canonicus qui magistralēm p̄rebē-
dam obtinet, quando in ecclesia ca-
thedrali concionari teneatur. 49.

Index.

Canonicus magistralis qua pœna
afficiendus, si diebus constitutis nō
concionetur. ibi.

Canonicī, & qui dignitates & p̄-
bendas obtinent, in cathedrali ec-
clesia ad maiorem missam concio-
nantem audire teneantur. ibi.

Canonicī ad residendum cogan-
tur. 42.

Capitulum non possit illi ecclē-
się negotia committere, aut quic-
quam donare, qui ab ordinario sit
in exilium missus, vel suspensione
ab officio vel beneficio punit⁹, quo
tempore exulat aut priuatur. 66.

Capitulū quomodo, & qua in cau-
sa possit sic exulantib⁹ subuenire, aut
illi ecclesiæ negotia committere.
ibidem.

Capitulum non possit aliquibus

Index.

de capitulo, quos ordinarius excommunicauerit, quicquam ex redditibus quoquis quæsito colore remittere aut donare. 66.

Capitulorum conuentus bis tatum in qualibet hebdomada à canonicis fiant. 60.

Capitulo expellantur, dum conuentus fiunt, qui vel iure vel consuetudine, in eo vocé non habent. ib.

Chorum qui ingredi possint, dum diuina officia celebrantur. 61.62.

Choreæ intra ecclesiam ne ducantur, dum diuina officia dicuntur. 31.

Christum reliquisse potestatem in ecclesia indulgentias conferendi. 13.

Clerici, & illi qui beneficium ecclesiasticum obtinent, nequaquam

Index.

esse possint laicorum œconomi, ac secularium rerum dispensatores.

64.

Clerici non possint esse procuratores in foro ciuili. ibi.

Clerici non possint secum illegitimos filios domi habere. 65.

Clerici nec manu, nec secum equitando eodem iumento, fœminas possintducere. 33.

Clerici illa seruent in mensa & supellecili, quæ Episcopis præcipiuntur. ibi.

Clericorum bona qui intestati moriuntur, in quos usus sint eroganda. 29.

Clerici qui nocturnas per uigiliones permiserint, qua pena sint afficiendi. 30.

Collatio dignitatum & canonica-

Index.

- tuum, ab his tantum fiat, à quibus
antea solebat. 41.
Collatio cuiuscunque parochialis
ecclesiæ irrita sit & inanis, si contra
Tridentini & huius concilij decre-
tum fiat. 34.
Concionatores quo pacto suū mu-
nus debeant exercere. 47.
Confirmationem sine sacrilegio rei
terari non posse. 12.
Confitens non satisfacit precepto
ecclesiæ, si ab alio quam à suo parro-
cho, aut de eius licentia, die ab ec-
clesia statuto sacram eucharistiam
sumit. 68.

D

- Decretum sanctæ synodi Tridenti
næ de celebrandis concilijs prouin-
cialibus. 8.

Dignitates omnes in ecclesijs cathe-

Index.

- dralibus & collegiatis insignibus,
quibus conferendæ. 40.
Dignitates obtinentes simul cum
præbendis, quæ perpetuò non sint
ipsis dignitatibus vnitæ, qua vltori
obligatione teneantur. 57.
Distributiones tertiarum partium fructuum
inter eos qui diuinis officijs inter
fuerunt dividenda, quo pacto fieri
debeant. 54.

E

- Ecclesiæ parochiales quæ parro-
chianis aliò migrantibus deserun-
tur, ex quibus redditibus cum opus
fuerit, sint reficiende. 63.
Ecclesiarum parochialium fabri-
cis, quando eis nulla decimarum
pars dari solet, neque alij sunt de-
putati annui redditus, quo pacto cō-
fulendum sit. ibi.

Index.

Ecclesiæ opportunis locis erigantur, cùm omnes parochiani propter habitationum distantiam, cōmodè ad eas accēdere nō possūt. 38.
Ecclesiarum prēdictarum erectio, cuius expensis sit facienda. ibi.
Ecclesiam romanam omnium ecclesiarum matrem. 13.
Episcopi quos admittere debet ad primam tonsuram. 46.
Episcopi curent cum consilio capi tuli, vt in posterum quis ordo cuiq; canoniciatui ac præbendæ sit annexus, certa sit lege constitutu. 55.
Episcopi saltē quolibet mense, carceres & reos ibi detentos per se ipsos visitare teneantur. 17.
Episcopatus electio facta & puerilis, quæ certis anni solennitatibus fiebat, in posterum fieri nō permit-

Index.

tatur. 31.
Episcopi per edictum eos omnes vocare teneantur, qui ad parochialium ecclesiarum administrationē promoueri velint. 33.
Episcopi admonentur, vt decretū tridentinę synodi de residendo, in uiolate seruent. 17.
Episcopi residentię rationem apud prouincialem synodum sunt reddituri. ibi.
Episcopi dent operām, vt eorum famili & domestici, diebus nativitatis, resurrectionis, pentecostes, & assumptionis virginis Mariæ, premisa peccatorum confessione, sacrām eucharistiam sumant. 21.
Episcopi librum habeant, in quo & omnes parochiales ecclesię propriæ cuiusque diœcesis, earumque

Index.

rectores nominatim scribātur. 22.
Episcopi habeant librum alium, in
quo contineatur cuiusq; diœcesis
visitatio, quę per ipsos aut ipsorum
visitatores facta fuerit. ib.
Episcopi synodum diœcesanā quo
libet anno cogant. 22.
Episcopi, & eorum visitatores, quo
tempore visitandi munus obeunt,
nihil pr̄ter id quod ratione visita
tionis ipsis debetur, accipiant.
23.
Episcopi ne extra sedem cathedralis
ecclesiæ locum aliquem diœce
sis ad continuè habitandum eli
gant. 18.
Episcopi, in cathedralium eccl
esiarum visitatione, dent operam,
vt ipsarum eccliarum statuta in
vnum volumen redigantur: & sal
tem

Index.

Ius optionū illeſum maneat & ser
uetur. 41.
Iudex ordinarius, vel delegatus vni
uersalis appellationum, quis esse nō
possit. 60.
Laici, dum diuina officia dicentur,
intra cancellos chori nō admittā
tur. 61.
Laici qui ecclesiasti ci sunt, & hono
sto ac decenti vſtitu vtuntur, cho
rum ingredi possint. ibi.
Laici cuius sortis esse debeant, vt in
tra chorū admittantur. 62.
Laicus qui contempto hoc decreto
chorum ingredi velit, ipso iure sit
excommunicatus. ibid.
Lectores sacræ scripturæ in eccl
esijs cathedralibus aut collegiatis,
quo pacto se gerere debeant in suo

Index.

munera explendo. 39.
Licentia quomodo danda, ut studiorū gratiā hōn resideant, qui alio
qui tenentur residere. 68.
Ludi Theātrales qui in ecclesia fe-
sto innocentium die edi solebant,
deinceps nefiant. 31.
Ludi & spectacula quæ permitten-
da. 32.
Ministris altaris specialis quædam
portio gradus habita ratione distri-
buatur. 56.
Monialis, nisi iusta de causa, mona-
sterij claustra non exeat. 70.
Monialium claustra nullus ingre-
diatur, nisi cum licentia superioris,
quam in casibus tantum necessarijs
dare potest. 26.
Multæ canonicis signandæ ob in-
termissam confessionem diebus ab

Index.

hac sancta synodo statutis, quis cu-
ram habere debet. 51.
Musicorum moduli & cantus quo
paetō in choro temperandi sunt, in
recitationē psalmorum, & aliarum
rerum quæ inibi cantantur. 59.

Notariorum numerus quis esse de-
beat, & in metropolitano & in alijs
tribunalibus. 27.
Notarius adviſitationem, specialis
ab episcopo deputetur. 29.

O

Officia notariorum ecclesiastico-
rum, fiscalis, publici exequitoris,
& aliorum, nequaquam vendātur,
nec locentur. 26.
Officia prædicta gratis dētūr ijs, qui
sint idonei ad ea exercēda. 27.
Ordinarij presbyteros parrochia-
les, qui à suis ecclesijs afuerint, per

Index.

edictum vocent. 36.
Ordinarij, qui negligentes fuerint
in cogendis parochialibus presby-
teris ad residendum, multe synodi
prouincialis sint obnoxij. 37.
Ordinarij eos omnes, qui dignita-
tes, personatus, officia, canonica-
tus, & præbendas obtinent in eccl
sijs cathedralibus & collegiatis, resi-
dere cogant. 42.
Ordinem sine sacrilegio reiterari
non posse. 12.

P

Parrochi omnes, & qui prædicandi
munus exercent, quo pacto se ge-
tere debent in concionando. 47.
Parochiarum rectores ubi conti-
nuā habitationē sint habituri. 37.
Pecunię pro aperiendis sepulturis
numeratę, in quos v̄sus sint confe-

Index.

temi quot annis statu tempore in ca-
pitulo legantur. 23.
Episcopi per se ipsos vel per alios,
proprias diœceses visitent. 18.
Episcopi eos domi habeant & alat,
qui pbatissimis sint moribus. 19.
Episcopi per se ipsos, saltem tribus
mensibus cōtinuis, aut interruptis,
quolibet anno diœceseos partem vi-
sident. 18.
Episcoporum supellex sit modera-
ta. 20.
Episcopi non debent magnifico &
penè regio apparatu hospites exci-
pere. ibidem.
Episcoporum mensa qualis. 21.
Episcoporum mensis quot fercula
apponenda. ibidem.
Episcopi, quos in his rebus excessif
se constituerit, pecuniaria multa à sy

A

Index.

nodo prouinciali puniantur. ibi.
Episcopus in dicecesana Synodo,
nominare teneatur examinatores
eorum, qui ad parrochiales eccl-
sias student promoueri. 35.
Examinatores ad prædictum mu-
nus qui, & quādo nominādi. 34.
Examinatoribus quē merces pro la-
bore reddenda sit. 35.

F

Fiscalis, si aliquem temerè accusa-
ſe constiterit, quo pacto punien-
dus. 26.
Fiscales qui creandi sint. 25.
Fœminæ, quæ puellas docent quæ
eas scire oportet, eis quolibet die
Christianā doctrinam summatim
tradant. 67.
Fœminæ cuiuscunque cōditionis,
his horis quib⁹ clerici in choro pre-

Index.

fentes esse debent, intra chorū nō
admittantur. 62.
Fructuum & reddituum ad dignita-
tes, canonicatus, personatus, por-
tiones, & officia pertinentiū, tertia
pars separetur ab Episcopo. 33.
Fructus pars, quam absens parro-
chus sibi acquirere non potest, cui
tradenda. 37.

G

Giennensis diœcesis ea seruet om-
nia in nominatione presbyterorū
parochialium, quæ decernit Sy-
nodus Tridentina. 35.

H

Hereses à sacris canonibus, & gene-
ralibus Concilij damnatas, præser-
tim ab hac synodo Tridentina, de-
testatur & anathematizat hæc Sy-
nodus. 35.

A 2

Index.

Horis canoniciis & diuinis officijs,
quo pacto debeant interesse digni-
tates, canonicatus, & præbēdas ob-
tinentes. 57.

I

Imagines Christi, Deiparę Virgi-
nis, & sanctorum habendas, & ve-
nerandas esse. 13.

Inquisitio agatur de eorum mori-
bus & vita, quibus legendi munus
in ecclesijs cathedralibus deferen-
dum est, priusquam eligantur. 40.

Inquisitores diligendi ex singu-
lis dicēcesibus ad inuestigandum
quę correctione egent, coram epi-
scopo suę dicēcessis iureiurando ob-
stringantur. 73.

Inquisitores isti, à quibus expensas
debeant exigere, ad id munus exer-
cendum. ibid.

Index.

Scripturam sacram, iuxta sensum
quę tenuit & tenet sancta mater ec-
clesia, amplectitur hæc synod⁹. 11.

Seminaria erigant Episcopi, habita-
tamen ratione tridentini decreti, &
locorum commoditatis. 72.

Spectacula & ludi quicunq; intra-
ecclesiam ne fiant, dum diuina of-
ficia dicuntur. 31.

Statuta cathedralium ecclesiarum
in vnum volumen redigantur, &
saltem quotannis stato tempore in
capitulo legantur. 23.

Stipendia, quę notarij, & alij mini-
stri ecclesiastici pro labore accipe-
re debent, episcopi in dicēcessis
synodis decernant. 27.

Synodus prouincialis deligat viros
bene moratos ex singulis dicēcessis
bus, qui diligenter inquirant de ijs

Index.

rebus quæ correctione egent, & de
ijs ipsis prouincialem synodum, &
Episcopum admonent. 73:

T

Taurorum agitationi ne intersint
clericis, vel beneficium ecclesiasticū
obtinentes. 72.

Traditiones apostolicas, & ecclesia
sticas obseruationes, & constitutio
nes sancta hęc synodus admittit &
recipit. ib.

V

Vicarij, prouisores, visitatores, & re
liqui ecclesiastica munia exercētes
quolibet triennio visitentur. 28.

Vicarij, et predicatori oēs, si quādo ar
te trienniū sua munera velint depo
nere, eorū prius rationē reddāt. ib.

Vicarij perpetui vbi eligendi, & à
quo presentandi ordinario. 35:

Index.

Visitatio ecclesiarum quomodo fa
cienda. 19.

Visitatores ab episcopo deputati te
neātur efficere, vt præceptores pue
rorum illis christianam doctrinam
quolibet die sūmatim tradāt. 67.

Vota de agitandis tauris ne fiant, &
facta irrita maneant. 71.

F I N I S.

Index.

- rendæ. 29.
Personati ne incedant in sacris con-
stituti, aut beneficium ecclesiasticum
habentes. 32.
Peruigilationes, que noctu fiunt,
nequaquam permittendas in poste-
rum. 30.
Pœnæ pecuniariæ à iudicibus impo-
site, in pios usus accommodentur, ar-
bitrio episcopi vel eius vicarij. 26.
Pontifici Romano verâ obedientiâ
spondet hæc sancta synodus. 13.
Portionem, que celebranti com-
peteret, non is obtineat, qui per a-
lium altari inseruit. 56.
Præbenda ad legendi munus depu-
tata, cui conferenda. 39.
Præceptores puerorum, illis quoli-
bet die doctrinam Christianam tra-
dant. 67.

Index.

Presbyteri parochiales nō audeāt à suarum ecclesiarum ministerio discedere, nisi prēmissa licentia. 36.
Presbyter parochialis nō possit esse iudex ordinarius vel delegatus universalis appellationū. 60.
Presbyteri parochiales, perse ipsos aut per alios ab ordinario examinatos, omnibus diebus festis pueros & puellas christianam doctrinam docere teneantur. 49.
Presbyter parochialis, & alij qui cunque quibus id competit, in tradenda christiana doctrina, quo catechismo vti debeat. 50.
Processionum distributiones quibus acquirantur. 58.
Promotor fiscalis nemine apud ecclesiasticū iudicē deferat, nisi quē legitima ac frequēs grauet famia. 25.

Index.

Prouisores aut vicarij qui consti-
tuēndi. 24.
Prouisores & vicarij, vbi de aliqua
causa cognoscunt, nihil sibi munc
ri oblatum accipiāt. ibi.
Purgatorium esse, animasq; ibi de-
tentas fideliū suffragijs iunari. 12.
R
Redditus, ad quēdam diuina officia
ex donationibus & vltimis voluntatibus
deputati, iuxta donatorum
aut testatorum præscriptum distri-
buantur. 33.
Ritus ecclesię approbatos & recep-
tos in sacramentorum solenni ad-
ministratiōne, recipit & admittit
hæc sancta synodus. 12.

S

Sacerdotes, & alij choro & altari
seruiētes qui dū diuina officia cele-

Index.

I

- brantur, inter se colloquuntur, quo
paecto puniendi sint. 52.
Sacerdos qui qualibet hebdomada
seruire altari debeat, & diaconus i-
té & subdiaconus, sint ordine quo-
dam designati. 55.
Sacerdos qui absq; iusta causa à mi-
nisterio altaris se excusauerit, punia-
tur arbitrio Episcopi. 56.
Sacramenta nouę legis ad salutem
humani generis à domino nostro
Iesu Christo instituta, verè & pro-
priè septem esse. 12.
Sacramenta nouę legis cōferre gra-
tiam. ibi.
Sanctos venerandos esse. 12.
Sanctos pro nobis orationes deo of-
ferre. ibi.
Sanctorum reliquias venerandas
esse. ibi.

D.CHRISTOPHORVS
Rogius de sandoual dei gratia epi-
scopus cordubensis, sacri concilij
prouincialis Toletani pr̄ses,
Reuerendissimis episcopis
& clero huius prouincie
S. in eo qui est ve-
ra salus.



*V*um sator ille ca-
lestis sacerrimis do-
ctrinis, quas à pro-
fundissimis illis pa-
terni pectoris hor-
reis adduxerat, a-
grum ecclesiæ suæ
tanquam probatis seminibus compleuis-
ser: iamq; lata seges fidei simul cum san-
ctissimis moribus coniunctæ longe lateq;
per vniuersum orbem succresceret: hostis

B

Epistola.

humani generis tantam hominum fælicitatem ferre non sustinens, nunquam ab ipsis ecclesia cunabulis cessauit superseminare Zizania; & lucem clarissimam euangelii teterrimis errorum tenebris offendere. Nempe (vt ait dominus) de naribus eius procedit fumus sicut olla succēsa atq; feruentis: feruet nimirum in nostrum exitium, & habet fiduciam vt influat Iordanis in os eius. Proh dolor iam penè maiorem ecclesiæ partem deglutiuuit, sed nūquid obliuiscetur misereri deus? aut continebit in ira sua misericordias suas? Exurge, quare obdormis domine: exurge & ne repellas in fine verum: ecce non dormitabit neq; dormiet qui custodit Israel: nemo potest eripere oves electas de manibus eius. Nam qui tam nostris quam pricis temporibus decepti, ab unione catholicæ fidei discesserunt, licet ex nobis

Epistola.

2

prodierint, non erant ex nobis. Neque enim portæ inferi præualere vñquam potuerunt aduersus ecclesiam dei, quæ supra soliditatem petre fundata oppugnari potest, corruere non potest. Et quidem nūc uicula Petri semper diuersis errorum fluctibus à malignis spiritibus concutatis agitata est, ita vt penè mergeretur: apostoli tamen eorumq; successores ecclesiarū prelati, semper laborauerunt in remigando: atq; spiritu sancto afflati conuenientes, sanctissimis decretis seruauerūt. Id quod factum videmus Nicæ aduersus Arriū, Constatinopoli aduersus Macedonium, Ephesi aduersus Nestorium, Chalcedone aduersus Eutychen: quæ quatuor concilia generalia Gregorius post quatuor euagelia se recipere est professus. Post hęc tandem aliae generales synodi coactæ sunt, suborientibus nouis hæresibus aut veteri-

B 2

Epistola.

bus resurgentibus. Extremis etiam hisce nostris temporibus singularis ille ferus Lutherus ab aquilone unde panditur omne malum, singulari superbia turgidus, eius que mores emulatus qui dixit, in cælum descendam: super astra dei exaltabo solium meum: sed ebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis: diuinæ humanaeq; leges conculcans, sedit in cathedra pestilentie: rabidisque dentibus suis (id est doctrina mordaci atque furibunda) viueam domini sabaoth vastare contendit: et vngulam equi (id est finem mundi) adortus est, ut omnes ascensores eius in tartari voragine præcipitet. Tanto opere vero serpsit virus quod euomuit, ut iusto dei iudicio propter ingentia nostra crima na permittente, bonam Christianæ rei publicæ partem infecerit: integraque regna et prouinciae cum principibus suis,

Epistola.

3

proceribus et plebe, catholicis institutis nuntium remiserint. Quid faceret pia et sancta mater ecclesia, intuens tot filios suos ab hac fera pessima eiusque sequacibus deuoratos, inque putida visceris nefanda hærefoes traiectos? utique cōfugit ad solitum remedium. Conuenerunt ergo pastores eius atque doctores Tridenti, videre de verbo hoc: et ecce alnum spiritus lumen cælo delapsum pectora eorum tanto splendore perfudit, ut vere etiam in illis cernamus impletum, quod Dominus apostolis suis de paraclete promisit: ille vos docebit omnia, et suggesteret vobis omnia quæcumque dixerim vobis: illo enim suggestente atque docente profunda, scripturarum sanctorum ingressi veritatem, catholicam sanamque doctrinam tam aperte, tam dilucidè tradiderunt,

B 3

Epistola.

tam grauiter, tam fortiter demonstrauerunt, ut nemo sapientia & spiritui, qui per eos locutus est, resistere valeat. Ecce enim nobis produxerunt tabulas ab ipsis quidem delatas, à dei autem digito exaratas atq; conscriptas, quibus recta fides & sancta morum norma continetur. O verè sacer conuentus, qui conuenticula satanæ destruxit, atq; damnauit: ecclesiā dei pristinæ pulchritudini & decori restitut: menteſq; fidelium in fide apostolica confirmauit. Nec tantum præteritis malis finem imponere est conatus, sed etiā futuris prospicere: perspectum enim habens, prauos corruptosq; mores, & paſtorum negligentiam lectum hæresibus sternere, præcepit ut concilia prouincialia saltē tertio quoq; anno celebrarentur, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controuersiis componendis, alijs

Epistola.

4

que ex sacris canonibus permisſis. Igitur fauente deo optimo maximo, Reuerendissimi episcopi & patres huius prouinciae, iuxta præscriptū sancte generalis synodi, Toleti conuenientes, concilium cui nos (licet indignus) preſuimus, celebrauerunt: id etiam agentे atq; curante invictissimo & religiosissimo principe & domino nostro, Philippo Hispaniarum rege Catholico: cui tantus ardor conseruandæ rectæ fidei, tantus amor restitueri ecclesiasticas leges insedit, vt merito cū sanctissimis illis imperatoribus Constantino & Theodosio deo dilectis conferri possit, & debeat. Hi enim principes, tametsi maximo fidei zelo ferbuerunt, ne quiuerunt tamen à regnis suis nefandas hæreses Arrii, aliorumq; hereticorum extirpare: at nostra Hispania huius nostri pii regis studio prudentiaq; mirabili, im-

Epistola.

maculatam fidem conseruat & teneret
cum tamen pleraque regna finitima ab
apostolicis dogmatibus desciuerint.

Quantam vero latitiam his diebus, cum
essemus in hac vrbe congregati, pietas
eius exhibuit! quem hysce oculis con-
speximus, sacras reliquias Eugenij mar-
tyris primique huius Metropolitanæ se-
dis antistitis, quas è Gallia deferendas cu-
rauerat, suis vlnis simul cum charissi-
mo eius filio Carolo Principe ac domino
nostro, in hanc matricem ecclesiam in-
tulisse. Quid ni episcopi gauderemus,
reliquias ab haereticis in hac tempesta-
te contempsas, tanta veneratione suscep-
tas? tanta religione & pietate à rege
potentissimo deportatas? Fauente er-
go tanto rege, & suis luteris patres hor-
tante, ut eas leges condenserent quæ ma-
xime reipublicæ Christianæ conduce-

Epistola.

5

rent: cœpit concilium celebrari sub San-
ctissimo Domino nostro Pio papa quar-
to fælicis recordationis: ad finem autem
est perductum sub Sanctissimo Domino
nostro Pio papa quinto, qui nunc à deo
optimo maximo ecclesiæ gubernacula su-
sccepit. In quo cōcilio diutina deliberatio-
ne, solicitaq; discussiōe præmissa, decreta
sunt quæ nostræ prouincie iuxta canonici-
cas sanctiones, utiliora cōmodiora q; fore
putauimus. Quia in re nec nobis ipfis pe-
percimus, sed eas leges cōdidimus, quæ nō
modò gregē in officio ecclesiastico contine-
rent, sed etiam episcopos ad ea prestanta
constringeret, quæ dignitas eorū & cura
pastoralis exposceret. Sed quid profuerit
utilia præcepta sanxisse, si negligantur?
aut (quod magis dolendū est) contemnan-
tur? si pleriq; non iam factores, sed iudi-
ces legis insurgant: & venenati serpentis

B 5

Epistola.

diabolicam illam vocem usurpent: quare præcepit vobis dominus filii contumaces & peruersi, quibus omnis est disciplina molesta, & audiunt à domino per prophetam: à seculo confregisti iugum meū, rupisti vincula mea: dixisti non seruiam. Quod si laici extrema etiam pœna digni censentur, si temporalibus regibus suis, in iis quæ ad corpora gubernanda præceperint, minus obtemperent: quibus quæso suppliciis expiabitur clericorum quorundam rebellis peruicacia, qui præcepta patrum sacrorumq; pontificum totis viribus infringere violareq; nituntur? Cumq; clerici militum vicem gerant, p̄tifices vero atq; episcopi imperatorum, ut facto agmine contra potestates aérias seculariaq; hominum vitia, & vita & verbis dimicemus: quam nam obsecro victoriam sperabimus, si milites in acie hac imperato-

Epistola.

6

ribus suis parere recusent: si ut heretici contentiosis litibus ut acutissimis spinis obsiti, correctione synodi prælatorumq; iussa propellant? Certè concilia Toletana quæ ante nos celebrata noscuntur, tanta acceptione digna sunt habita, ut velut sacra oracula vniuersa penè ecclesia suscepit: tantamq; autoritatem & fidem afferuta sunt, ut & summi pontifices & concilia generalia ea & in fide confirmada, & in moribus corrigēdis, magna generatione curare non dedignantur. Quibus merito coniicimus, spiritum veritatis præcipua dilectione complecti, præcipuis fauoribus prosequi conuentus, qui in hac sancta ciuitate presentia etiam ipsius matris domini consecrata, coguntur. Quod si totus penè christianorum orbis tantum concilium Toletanis detulit, tantum tribuit, tanta auditate suscepit: pudeat cle-

Epistola.

rum ditionis Toletanae prouincie subiectum, ijs vel modicum reluctari, que non uerit a tam sancto fonte fluxisse. Confidimus autem de vobis fratres parochi, & presbyteri ecclesiarum, meliora & viciniora saluti: rametis ita loquimur propter quosdam, qui vi forte non per ostium in ouile ingressi sunt, sed ascenderunt aliunde: ita clare demonstrant nulla se dominicarum ouium cura teneri: quos si ad residentiam, si ad ministerium quod semel suscepereunt obeundum impuleris, protinus velut furijs quibusdam agitati, vniuersa preceptorum vincula conantur abrumpere. Porro episcopi huius ditionis primi manus tam sancto operi admouere debebunt: meminerint verborum Christi, dum bonum pastorem describeret in Euangilio, dicenis: cum proprias oues emiserit ante eas vadit, &

Epistola.

7

oues illum sequuntur. Precedat ergo pontifex in omnibus, que ad pietatem custodiadimq; sanctionum canonicarum spectat: alioqui quomodo oues sequi, atque imitari poterunt pastorem non precedentem, sed in desidia otioque remanentem, & reditus tamen corpusque curantem? Patere (ait sapiens) legem quam ipse tuleris: pudeat pudeat nos o patres, si subditi meritò de nobis verbum illud Euangeliū obmurmurent: alligant onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. Caveamus ne iusti quique & boni viri nostras ipsas oues ad aurem moneant, & dicant: omnia quæcumque dixerint vobis facite: secundum verò opera eorum, nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Patres, apostolorum locum in

Epistola.

digni & peccatores tenemus: apostolorū ergo vitam imitemur, & actus apostolo rum semper vestigiis insistamus. Agite ergo patres & fratres, iam aliquando resipiscamus: & vocationis nostræ rationē habētes, sedulō nos ad opus ministerii ac cingamus: nostramq; prouinciam ad sanctos ecclesiae primitiū & mores, fælicemq; statū totis viribus reuocare conemur. Adserit deus ipse tam piis votis: & quod in hisce decernendis operatus est, in nobis solita pietate & clementia confirmabit.

ACTIO PRIMA CON-
ciliij prouincialis Toletani, in eiusdem
urbis templo cathedralis ecclesiæ, as-
sumptioni Deipara virginis Mariae
consecrato, celebrata: die octaua sep-
tembris, anno à Christo nato. M.
D. LXV. in dictione octaua:
pontificatus sanctissimi domini nostri
papa pii quarti anno sexto: ac regni
inuictissimi regis nostri Philippi secū
di anno decimo.

Decretum sanctæ Synodi Tridentinæ
 de celebrandis conciliis pro-
 uincialibus.

Prouincialia concilia sicuti o-
 missa sunt, pro moderādis mo-
 ribus, corrigendis excessibus, con-
 trouersijs componendis, alijsque ex
 sacris canonibus permisis renouē-
 tur. Quare metropolitani per se ip-

A ctio prima.

fos, seu illis legitimè impeditis co-
episcopus antiquior, intra annum à
fine præsentis Concilij, & deinde
quolibet saltem triennio, post octa-
uam paschæ resurrectionis Domini
nosteri Iesu Christi, seu alio com-
modiori tempore pro more prouin-
ciæ, non prætermittant synodū in
prouincia sua cogere : quò episco-
pi omnes, & alij qui de iure vel con-
suetudine interessē debent, exceptis
his quibus cum imminentि pericu-
lo transfretandum esset, conuenire
omnino teneantur: nec episcopi cō-
prouinciales prætextu cuiuslibet
consuetudinis, ad metropolitanam
ecclesiam in posterum accedere in
uiti compellantur. Itidem episco-
pi qui nullo Archiepiscopo subiji-
ciuntur, aliquem vicinum metro-
poli-

A ctio prima.

9

politanum semel eligāt, in cuius sy-
nodo prouinciali cum alijs interes-
se debeant: & quæ ibi ordinata fue-
rint obseruent, atque obseruare fa-
ciant: in reliquis omnibus, eorum
exemptio & priuilegia salua atque
integra maneant. Synodi quoque
diœcesanę quotannis celebrentur:
ad quas exempti, etiam omnes qui
alijs cessante exemptione interessē
deberent, nec capitulis generalibus
subduntur, accedere teneantur: ra-
tione tamē parrochialitum aut̄ alia
rum secularium ecclesiarum, etiā
annexarum, debeant ij qui illatum
curam gerunt, quicunque illi sint,
synodo interessē. Quod si in his tā
Metropolitani, quam episcopi &
alij suprascripti negligētes fuerint,
pœnas sacris canonibus sancitas in-
currant.

C

Actio prima.

In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis, patris, & filij, & spiritus sancti. Sancta & prouincialis synodus, Toleti in cathedralis ecclesiæ templo assumptioni immaculatae virginis Mariæ consecrato, autoritate veterum ac generalium conciliorum, & sacrosanctæ synodi tridentinæ, sanctæ sedis apostolicæ, ac Sanctissimi Domini nostri p[re]i quarti summi ac Romani pontificis, & inuictissimo Domino nostro ac rege Catholico Philippo secundo consentiente, & inuitante, ad publicam huius prouinciæ vtilitatem, ac reformationem cleri & populi Christiani, ad prauos mores comprimendos, & ad alia extirpanda quæ Christiano nomini nocuerunt, & nocere solent legitimè con-

Actio prima.

10

gregata, presidente in ea (iuxta eiusdem tridentinæ synodi decretū) reueredissimo in christo patre Christophoro cordubensi antiquiori episcopo, presente admodū Illustri Domino Francisco à toleto à catholica maiestate misso, ut huic sanctæ synodo eius nomine intercesset & assistenteret, ac simul in ea conuenientibus Reuerendissimis patribus & episcopis, Petro sigutino, Didaco segobiensi, Bernardo cōchēsi, Honorato Oxomensi, & admodū reuerendo Didaco abbe de alcala quæ regalis dicitur, ac procuratoribus huius Metropolitanæ sedis toletanæ, ecclesiæ capitulo, & eiusdem vrbis clero, ac multis procuratoribus, à cathedra lium ecclesiarum capitulis, & clero huius Metropolis ad eandem

C 2

Actio prima.

synodus missis ac destinatis, le^ctō prius publicē decreto sancte synodi tridentinæ de prouincialibus cōcilijs celebrandis, ante omnia exēplum patrum sequuta, fidei confesſionem premittēdam esse decernit, eamq; premisit: symbolum fidei, quo sancta Romana ecclesia vtitur totidem verbis exprimendo, in huc qui sequitur modum.

Symbolum fidei.

Credo in vnum deum, Patrem o-
mnipotētem, factorem cœli & ter-
ræ, visibilium omnium & inuisibi-
lium, & in vnum dominum Iesum
christum filium dei vnigenitum: &
ex patre natum ante omnia secula:
Deum de Deo, lumen de lumine,

Actio prima.

ii

Deum verum de deo vero: genitū
non factum, consubstantiale pa-
tri: per quem omnia facta sunt: qui
propter nos homines, & propter no-
stram salutem descendit de cœlis:
& incarnatus est de spiritu sancto
ex Maria virgine: & Homo factus
est. Crucifixus etiam pro nobis sub-
Pontio Pilato: passus & sepultus est:
& surrexit tertia die secundū scri-
pturas: & ascendit in cœlum: sedet
ad dexteram patris: & iterum vētu-
rus est iudicare viuos & mortuos,
cuius regni non erit finis: & in spiri-
tum sanctum Dominūm, & viuifi-
cantem: qui ex patre filioque proce-
dit: qui cū patre & filio simul ado-
ratur, & cōglorificatur: qui loqui-
tus est per prophetas: & vnam san-
ctam catholicam & apostolicam

Actio prima.

ecclesiam : confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum : & expecto resurrectionem mortuorum : & vitam venturi seculi Amen.

Apostolicas & ecclesiasticas traditiones, reliquasq; eiusdem sanctae Romanæ ecclesiæ obseruationes & constitutiones, firmissime admittit & amplectitur.

Sacram scripturā, iuxta eius sensum quē tenuit & tenet sancta mater ecclesia (cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacra rum scripturarum) admittit: nec ea vñquam nisi iuxta vñanimem consensus patrū accipiet & interpretabitur.

Profitetur quoque, septem esse verè & propriè sacramenta nouæ

Actio prima.

12

legis, à Iesu Christo Domino nostro instituta ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria: scilicet Baptismum, confirmationem, eucharistiam, poenitentiam, extremam vunctionem, ordinem, & matrimonium: illaque gratiam conferre: & ex his Baptismum, confirmationem, & ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque & approbatos ecclesiæ ritus in supradictorum omnium sacramentorum solenni administratione, recipit & admittit.

Omnia & singula, quæ de peccato originali & deiustificatione in sacro sancta tridentina synodo diffinita & declarata fuerunt, amplecti tur & recipit.

Actio prima.

Profitetur pariter, in missa offer-
ri deo verum, proprium, ac propi-
tiatorium sacrificium pro viuis ac
defunctis: atque in sanctissimo sa-
cramento eucharistiæ, esse verè &
realiter & substantialiter corpus &
sanguinem, vna cum anima & diui-
nitate Domini nostri Iesu Christi:
fierique conuersionem totius sub-
statiæ panis in corpus: & totius sub-
statiæ vini in sanguinem: quā con-
uersionem catholica ecclesia trans-
substantiationem appellat.

Constanter tenet, purgatorium
esse: animasque ibi detentas, fideliū
suffragijs iuuari.

Sanctos confitetur vna cum chri-
sto regnantes venerandos esse, eo-
que orationes pro nobis Deo offer-
re: atque eorum reliquias veneran-

Actio prima.

13

das esse firmiter asserit.

Imagines Christi ac deiparę sem-
per virginis Marię, nec non aliorū
sanctorum habendas ac retinēdas
esse: atque eis debitum honorem ac
venerationem impertiendam.

Potestate indulgentias confe-
rendi a christo in ecclesia relictam
esse: illarumq; usum christiano po-
pulo maximè salutarem esse affir-
mat.

Sanctam catholicam & apostoli-
cam Romanam ecclesiam, omniū
ecclesiarum matrem agnoscit.

Romanoque pontifici, Beati Pe-
tri apostolorum principis successo-
ri, ac Iesu christi vicario, veram o-
bedientiam spondet.

Cetera item omnia, quę a sacris
canonibus & cœcumenicis cōcilij,

C 5

Actio prima.

ac præcipuè ab eadem sacro sancta tridentina synodo diffinita & statuta sunt, tam in his quæ ad extirpandas hæreses, quā in his quæ ad morum reformationem pertinēt, eiusdem sanctæ synodi decretū sequuta recipit: & omnino recipienda ab omnibus esse decernit. Hæresesque omnes ab iijdem sacris canonibus, & generalibus concilijs, & præser-tim ab eadem sancta synodo tridé-tina damnatas, detestatur & ana-thematizat.

Cæterū cùm huius sanctæ synodi ea sit præcipuè cura & solicitu-do, vt omnium mentes in ea dirigātur, quę ad spiritualem salutem à Domino ac Deo nostro Iesu Christo impetrandā, magis conducant: vt que diuina maiestas quæ spiritū

Actio prima.

14

sanc̄tum in discipulos infudit, his qui ad eandem synodum acces-ferunt, dignetur tribuere gra-tiam, quo eorum actiones chri-stianę reipublicę salutares sint, at-que apostolicis institutis conue-niant: hortatur sancta synodus Episcopos omnes, abbates, sa-cerdotes, & quoscunque alios qui ad eandem Sanctam Syno-dum conuenerunt, atque omnes in C H R I S T O fideles, vt pro ciusdem Synodi optato exitu, sal-tem singulis sextis ferijs ieunent: assiduè in D E I laudes incum-bant: preces offerant: sacrificium missę peragant: non im-memores in eisdem pijs operi-bus, precibus & sacrificijs, pro Sanctissimo Domino nostro Pio

Actio prima.

quarto, & catholico rege ac domino nostro Philippo, diuinam maiestatem orare: ut eis tranquillam vitam agentibus, ad victoriam aduersus christiani nominis hostes obtinendam in haeresibus extirpandis, & christiana republica ab infideliū inuasione defendenda atque amplianda, benigno atque propitio favore assistat.

Et ut omnia maturius ac consultiū absque ullo strepitu tractari queant, in sententijs dicendis in loco benedictionis confidētibus Domini sacerdotibus, iuxta concilijs in hac eadem vrbe olim celebratis statutum, nullus debeat aut immodestis vocibus perstrepere, aut tumultibus perturbare: nullis etiā falsis vanisque aut obstinatis discep-

Actio prima.

15

rationibus contēdere: sed quicquid dicatur, sic mitissima verborū prolatione temperetur, ut nec audiētes offendantur, nec recti iudicij aries perturbato animo inflectatur.

Eadem denique sancta synodus omnes & singulos ad eam accedentes certiores facit, in Illustrissimi ac Reuerēdissimi archiepiscopi domo congregations habendas fore: ut qui velit aliquid vel petere vel proponere, quod publicæ sit utilitas, liberè id facere possit: atque eadem sanctam synodum rationem habituram eorum, quæ ad publicū commodum pertinere videbuntur.

Placent ne vobis patres Reuerēdissimi hæc decreta?

Omnes responderunt: placent.

A ctio prima.

Ego Christophorus Episcopus Cordubensis subscripti.
Ego Petrus Seguntinus subscripti.
Ego Didacus Episcopus Segobiensis subscripti.
Ego Christophorus Episcopus Palentinus subscripti.
Ego Frater Bernardus Episcopus Conchensis diffiniens subscripti.
Ego Honoratus Episcopus Oxomensis subscripti.
Ego Didacus, Abbas de Alcala la Real subscripti.

16

ACTIO SECUND A CON
cilij provincialis Toletani, in eiusdem
urbis templo cathedralis ecclesiæ, af-
sumptioni Deiparæ virginis Mariæ
consecrato, celebrata: die dominico,
Idibus Ianuarij, anno à Christo na-
to. M. D. LXVI. in di-
etione nona, pontificatus sanctissi-
mi domini nostri pii quinti anno
primo, ac regni inuictis-
simi regis nostri Phi-
lippi secundi anno
decimo.

C Vpit adeò hæc sancta synodus,
veterum canonum ad morum
reformationem disciplinam re-
uocare, vt post tot generalium
conciliorum decreta, sanctissimo-
rum Pontificum constitutiones, &
prouincialium synodorum statuta,

Actio secunda.

minimè censeat superfluū esse, episcopos oēs, sacerdotes, & quoscūq; alios ecclesiastici ordinis, nec non & laicos sui officij admonere: quo christianam pietatem verè seūtates, digni illo nomine existimentur, quod in sacro baptismatis lauacro dederunt christo Iesu, in cuius cruce nos gloriari oportet. Reformatio nis vero initium ab his fieri decet, qui ad hoc constituti sunt, vt præsint alijs: & tanquā facti forma gregis, illis exemplo sint doctrina & moribus, eos docentes quoniam pacto christianæ religionis instituta sequi, ac tenere debeant.

Primum.

Hortatur igitur primum episcopos omnes: & per viscera misericordie iesu christi obtestatur hæc san

cta

Actio secunda.

17

cta synodus: vt decretum à sacro sācta Tridentina Synodo de residen tia prælatorum, ad christiani popu li salutem editum sequuti, non fol lum assidua præsentia, sed & simul cura, & solitudine diligenti ministerium suum impleant: gregis sibi commissi regimini verè assistat: atque omnibus iuxta Pauli Apostoli præceptum laborent: eius residētiæ rationem apud synodum hanc prouincialem testimonio publico redituri: vt eadem synodus prævio examine iudicet, an ex causa iusta quis ab ei^o diœcesi & discesserit, & absens fuerit: atque aduersus eos, qui contra decreti Tridentini di spositionem abfuerint, pœnas ab eadem synodo indictas, & præser timi eam quæ de fructibus pro rata

D

A ctio secunda.

temporis absentia, fabricę ecclesię,
aut pauperibus restituendis agit,
absque villa indulgētia exequatur.

¶ Nec enim quævis causa, quæ
vel ad christianam charitatem, vr-
gentem necessitatem, debitam obe-
dientiam, euidentem ecclesię vel
republicę vtilitatem cuiquam per-
tinere videbitur, a residentia excu-
fare debet: sed ea tantum, quæ su-
perioribus diligētissimo examine,
maturo iudicio, exacta; censura
sic probata fuerit, ut verè omni se-
clusa indulgentia, aliqua ex prædi-
ctis ratione dubio procul, iusta sit
omnino cēsenda: atque ei vtilitati,
quę ipsius pastoris præsentiam exi-
git, & quę non potest non esse pu-
blica, sit nihilominus præferenda.

¶ Cauent tamen episcopi, ne ex

A ctio seccunda.

18

tra sedē cathedralis ecclesię locū ali-
quę diœcesis ad continuè habitadū
eligant: cū ad totius diœcesis nego-
tia cōmodius expediēda, illic opor-
teat episcopos habitare, vbi sedes e-
piscopal is fuit constituta. Alioqui
sint episcopi memores, eam residē-
tiā: neque deo gratam esse: neq;
sacris canonibus consonam: & ab
hac synodo potius absentiam, quā
residentiam cēsندam fore.

Secundum.

Vigilent Episcopi super gregē
sibi commissum, ne eis dormienti-
bus inimicus homo veniat, ac ziza-
nia sup seminēt: errores népe doctri-
ne, ac morū corruptionē. Quę qui-
dēfrequēti visitatione extirpāda sūt

Actio secunda.

ne crescant, & pereunte grege, sanguis ouium ab eorum manibus requiratur, qui iuxta prophetam, & Apostolum speculatores à Deo constituti sunt. Visitent ergo Episcopi per se, vel per alios proprias dioceses, omnino seruantes quæ à sacro sancta Synodo Tridentina statuta sunt: modò per se ipsos quo libet anno saltem tribus mensibus continuis, aut interruptis, quam possint commodè dioceseos partem extra cathedralis ecclesie locū visitare teneantur. Neque excusentur ab hac personali visitatione quod si impedimento, quod alioqui benigna quadā indulgentia solet admitti: sed eo tantum, quod necessitate quadam sic urget, ut nisi maximo cum detrimento vel publice,

Actio secunda.

19

vel propriæ salutis, spiritualis vel corporalis, per se ipsos eā visitationem exequi non valeant: apud hāc prouincialem synodus de eo fidem facturi, cuiusque iudicium ea de re ac censuram non qualemque, præter diuinam vltionem, subbituri. Cum & Dominus apud Ezechielem prophetam, capit. 34. durissimè Episcoporum negligentiā in hoc visitationis munere exercendo increpet, dum inquit: super omnē faciem terre dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret: non erat, inquam, qui requireret. Visitatio verò ecclesiarum, & earum rerum, quæ ad templorum maiestatem, & ornamentum pertinent, fieri debet ea adhibita solennitate, quæ à libris Pontificalibus, &

D 3

A ctio secunda.

his similibus traditur: ad populoſiū
animos per hęc exteriora, ad ea que
interiora ſunt, excitandoſ.

Tertiū.

Sed & illud maximē episcopi me
minerint, quantum ad decorum di-
gnitatis Pontificię attineat, eos do-
mi familiares habere & alere, qui vi-
te integritate, & doctrina ceteros
antecellere conētūr: quique ſic in-
ſtituti ſint, vt i p ſis episcopis in mi-
nisterio proprij muneris ad eſſe poſ-
ſint: & verę honestatis exēplo, quoſ
cunque alios ad ſyncerum, ſobriū-
que, & caſtum yiuendi modum in-
ducere valeant.

Sit & episcoporū ita modesta ſu-
pellex, vt nec auro cōtexta, nec au-

A ctio secunda.

20

reis telis filiue ornata, extra altaris
& ecclesię ministerium, ſeruire de-
beat. H o ſpites vero, qui cūq; hi futi-
ri ſint, quū ad episcoporū domū ve-
nerint, ſciant ſe fore ad episcoporū,
non ad principū ſeculariū, aut regū
hospitium recipiendoſ. Nā quanto
digniores h o ſpites fuerint, tanto ma-
gis oportet, episcopū eos modetię,
& decoris Pontificij teſtes habere.
Quin & exēplo episcopi eſſe debet
laicis, vt cūq; illuſtribus, ac ſublimi-
bus, vt & hi ab immoderatis ſupti-
bus, q̄ temerē ac frequēter in nimī
ſplēdidiſ ſupellec̄tili mēſaq;, maxi-
mo cū patrimoniorū ac totius rei
publicę detrimento fieri ſolēt, pror-
ſus abſtineant. Nec ſancta Syno-
dus eos ſumptuſ p bādos eſſe cēſet:
imò catholicā maiestatē hortatur i-

C 4

Actio secunda.

Christo, eique supplicat, vt in his abusibus extirpandis, regio ac christiano imperio vti velit.

Mensæ verò frugalitatem sic à sanctis patribus, & canonibus commendatam esse videt sancta synodus, vt non possit non dolere grauiter, eas delicias in Episcoporum mensas irrepsisse, quæ iure possent à laicorum mensis vt cunque splendidis, alegari. Proinde sint memores Episcopi diuinam maiestatem nō leuiter offendit, dū non paucis pauperibus, qui ob egestatem & famem vitę periculum experiuntur & expectant, ex his subueniri posset, quæ mensis Episcoporum contra indictam à canonibus frugalitatem, maxima cum ignomina veri splendoris apponuntur. Sit

Actio secunda.

21

igitur Episcoporum mensa sacræ scripturæ, libriue alterius ecclesiastici lectione, doctrinum piorumque virorum confessa splendida: ab ea que procul quemque profana collòquia, & argumenta cuiusque turpitudinis absint: ac prorsus corū ferculorum eliminetur splendor, qui falso cuiusdam decoris nomine se mensis Pontificum ingessit. Sit denique frugalis Episcoporum mensa: non plura quam tria, aut ad summum, si coniuarū conditio id postulet, quatuor, preter olera & similes arborum fructus, fercula apponantur. Episcoporum siquidem autoritas non his delicijs, vanisue splendoribus, sed fide ac vitae meritis querenda est. Si quis verò in his quæ hoc decreto prohibentur, aut

D 5

Actio secunda.

eorum quolibet excessisse fuerit cō
uictus, a synodo prouinciali iuxta
excessus qualitatē, pecuniaria mul-
ta pijs operibus applicanda, punia-
tur.

Quattuor.

Curent Episcopi, vt eorum fa-
miliares ac domestici, p̄emissa pec-
catorum confessione, saltem die-
bus Natiuitatis, resurrectionis Do-
mini nostri Iesu Christi, P̄tecostes,
& Assumptionis Deiparę virginis
Marię, sacram Eucharistiā sumant:
scientes, non ipsis tantūm familia-
ribus, si hac in re negligentes fuc-
rint, culpam imputandam fore,
sed & ipsosmet Episcopos graui-
ter increpandos, si eorum domesti-
ci, moribus & pietate Christiana,

Actio secunda.

22

non fuerint alijs manifesto ad vitā
instituendam exemplo.

Quintum.

Episcopi, quo facilius in Synodo
Prouinciali rationem munera sibi
commissi reddere possint, & ea im-
pedimenta vitari queant, quoq; sacro
sancti concilij Tridētini exequutio-
nem (quod absit) impedire conti-
gerit, librum habeant, in quo om-
nes parochiales ecclesię pprię cu-
iisque diocesis, earumq; rectores
nominatim scribantur: quiq; ex eis
per se ipsos, quiq; per vicarios eisdē
ecclesijs seruant: ratione exposita,
quo titulo easdem ecclesias obti-
nuerint: & qua ex causa a residētia
absentes fuerint excusati: aut quo

A&ctio secunda.

impedimento ad seruiendum per se ipsos cogi non potuerint: & quibus modis aduerlus non residentes a&ctum sit, ad Tridentini decreti ex equuationem . Habeant & librum alium, in quo cuiusque dice&esis visitatio, quæ per ipsos Episcopos, & per eorum visitatores facta fuerit, in summa continetur: subscribaturque ab ipsis Episcopis, vel visitatoribus, & eorum notario: ut saltem ex eo apud Provincialem synodum constare possit, quæ ecclesiæ fuerint ab Episcopis, vel eorum visitatoribus visitatae.

Sextum .

Dicecesana Synodus ab Episcopis quolibet anno celebretur: ut nō

A&ctio secunda.

23

solum oves ipsis commissas visita&ione pastores cognoscere possint, sed & ea statuere, quæ ad inferiorū rectorum segnitiem vitandam necessariò viderint expedire: & ad ipsarum ouium pastum salutare conducere valeant: non obliiti in prima synodo , eos omnes qui eidem int̄esse debent admonere , & si fuerit opus cogere, vt sacro&sanctam Tridentinam synodum, quemadmodum eius decreto constitutum est, omnino recipient.

Septimum.

Episcopi & eorum visitatores, cō tempore quo visitationis munus exercent, nihil prater id quod ratione visitationis iure debetur, etiam

Actio secunda.

ab sponte dantibus accipiāt: etiam si id esculentum fuerit, aut poculum: non solum ab ipsis clericis, vel ab ecclesiē economo, sed nec ab ipsa plebe quę visitatur, aut visitanda est. Alioqui ad dupli restitutionem iuxta Tridentini Concilij decre- tum teneantur: eaque restitutio fa- bricę illius ecclesię fiat, quæ eo tem- pore visitabatur.

Octauum.

Episcopi in ecclesiarum cathe- dralium visitatione sollicitè current, vt ipsarum ecclesiarū statuta, quę alioqui dispersa obliuioni tradi so- lent, & in desuetudinem abire, in vnum volumen redigātur: & si quę emendatione indigere videbuntur,

Actio secunda.

24

iuxta Canonicas sāctiones, & iuris ordine seruato emendentur: atque omnia publicè in capitulo, saltem quolibet anno semel, tempore ab eodem episcopo constituto, om- nibus canoniciis prēsentibus legan- tur.

Nonum.

Metropolitanus, episcopi, & aliij quicunque inferiores ordinarij, quibusecclesiastica iurisdictio quo cunque iure cōpetit, non alios pos- sint constituere prouisores aut vi- carios, quam eos, qui vel sacerdo- tes sint, vel intra sex mēses ab ea die qua iurisdictione sibi commissa vti cōperint, ad sacrum ordinem, & intra annum ab eadem die

Actio secunda.

numerandum, ad sacerdotiū promoueri possint. Quòd si intra id tempus ad dictos ordines promoti non fuerint, officio & munere ipso iure priuati, eo nullo modo vti valent, nec vrantur. Visitatores verò sint omnino sacerdotes: nec aliás visitatorum officio vti possint, nec ad id admittantur.

Decimum.

Prouisores & vicarij, vbi ex delegatione apostolica de quibuscunque causis eos cognoscere contingat, nihil etiam ab sponte dantibus, assessoris ratione ac titulo accipient: immo in sportulis recipiendis, tā ipsi quam notarij causarum nihil aliud exigant nec accipient, quam quod

cx

Actio secunda.

23

ex publico eius tribunalis instituto, iure ordinario aliorum actorum ratione exigere possūt, & accipere. Quidquid verò cōtra huius decreti prohibitionē exactum aut acceptum fuerit, his qui ded erunt restituatur: & qui receperint arbitrio superioris puniantur.

Vndecimum.

Fiscales ab episcopis hi deputentur qui vel sacerdotes sint, vel intra sex menses ad sacrum ordinē, intra annum ad sacerdotiū promoueri possint, & promoueantur. Alioqui ad vsum proprij munericne aquam admittantur.

Duodecimum.

E

Actio secunda.

Promotor fiscalis apud ecclesiasticum iudicem neminem deferat, ut ex eius delatione inquisitio fiat: nisi quem legitima, ac frequens grauet infamia: neque ex ea delatione iudices inquirere audeant: immo prius quam ad inquisitionem procedant, diligenter current inuestigare, an ea infamia à maleuolis, an à prouidis & honestis orta fuerit. Quod si promotor fiscalis quenquam accusare velit, eo casu, quo iure accusatio ei sit permitta: accusatoris officio functus eas leges sequatur, quæ publicis accusatoribus, hisue quibus iuris publici ratione accusare permittitur, iure vel consuetudine datae fuerint. Sed si accusatus ab accusatione fuerit absolutus, nullo modo is in expensis condemnetur:

Actio secunda.

26

imo fiscalis, si temerè eum accusasse constiterit, non solum expensarum solutione, sed & alia pœna iudicis arbitrio propter accusationis temerariæ calumniam, omnino puniatur.

Decimum tertium.

Episcopi saltem quolibet mensa carceres, quos ad reorum custodiām opportunos habere debent, ipsosque eos illic detentos visitare per se ipsos, si præsentes in eodem loco sint, teneantur.

Decimum quartum.

Pœnæ pecuniariæ, si quando à

E 2

Actio secunda.

judicibus ordinarijs iuxta rationē delicti , vel delinquētis qualitatem eas imponi contigerit, in pios tan-tum vſus, & pro exequitione iusti-tiæ , non pro priuata episcoporum vtilitate expendantur arbitrio epi-scopi , vel eius vicarij. Deputetur que ab eodem episcopo , qui easdē pœnas recipere debeat : carumque rationem reddere teneatur.

Quintum decimum

Notariorum ecclesiasticorum, promotoris fiscalis, publici exequu-toris, & aliorum officia quoru[m]cū que, qui iurisdictionis episcopalis, & aliorum inferiorum ministerio operam dare tenentur, nullo modo vendantur: nec locentur:nec ob a-

Actio secunda.

27

liud quodcumque lucrum dentur temporale. Dentur autem hæc offi-cia gratis his, qui sint idonei ad eo-rum munus exercendum: qui que per se ipſos illis seruire debeant, ac teneantur . Nec ullo vñquam tem-pore qui hæc officia ab Episcopis, vel ordinarijs quibuscumque etiam inferioribus gratis obtinuerunt, vel in posterum quocunque modo ob-tinuerint, illa vēdere vel locare pos-sint:nec in alios recepto aliquo tem-porali lucro trāferre: vel in eorum fauorem illis renunciare. Alioqui si quis cōtra hoc decretum fecerit, temporale lucrum nequaquam ac quirat:imo illud etiam in consci-en-tiæ iudicio, fabricę cathedralis ec-clesiæ restituere teneatur:& qui of-ficium fuerit assequutus illo priu-

E 3

Actio secunda.

tur. Stipendia autem, quę pro labore notarij, & alij ministri ecclesiastici tribunalis habere debeant, Episcopi in diœcesanis Synodis certis quibusdam limitibus moderentur: eaque moderatio ad primam prouincialem synodum approbanda deferatur.

Decimum sextum.

In diœcesanis synodis, & earum qualibet quę post hanc prouinciam primo celebrabuntur, de augendo ac diminuendo notariorum numero vbi visum fuerit expedire, sic tractetur, vt in metropolitano tribunali non plures quam octo, in alijs vero non plures quam sex iurisdictionis ecclesiasticæ ministerio scr:

Actio seccunda. 28

uire possint. Vbi vero plures sint ad hoc ministerium deputati, quū pri mum eorū officia quocunque modo vacauerint, prorsus supprimantur.

Decimum septimum.

Vicarij, prouisores, visitatores, promotor fiscalis, & alij quicūque ecclesiastici, & ordinarij tribunalis, metropolitani, episcoporum, & aliorū inferiorū ministri, etiā hi judices, qui ad audiendas appellationū causas à metropolitanis, & alijs superioribus deputātur, quolibet triēnio ab eo, qui per ipsum metropolitanum in propria, & Episcopos in sua quemlibet diœcesi deputatus fuerit, & electus, interim ppria munera exercentes visitentur omnino:

A ctio secunda.

vt ex ea visitatione constare possit
vera & exacta publicę administrationis, iurisdictionis, officiorum,
& cuiuscunque corum muneris ratio: atque is, qui malè fuerit officio
functus eo priuari, ac puniri possit:
deniq; à suo judice & episcopo pri-
uetur, ac puniatur. Quòd si cui ex
prædictis ante triennium quacun-
que ex causa ab officio & munere
cessandum sit:js teneatur prius quā
aliò discedat , administrationis &
cuiuscunque publici muneris ratio-
nem reddere : eaque spatio triginta
dierum ab eo exigatur, qui per Me-
tropolitanum, vel episcopos in pro-
pria quemlibet diœcesi, ad id fuerit
deputatus ; qui de querelis, accusa-
tionibus , & alijs ad culpam malæ
administrationis pertinentibus, in

A ctio secunda.

29

tra id tempus iudicare debeat: eoq;
tempore omnino sit eius officium
suspensum , à quo ratio reddenda
crit. Notarius verò ad visitationem
& ad prædicta examinanda specia-
lis ab episcopo deputetur : qui non
sit ex illis qui rationem reddituri
sunt, vel visitari debent. Sed si præ-
dictorum aut alicuius eorum offi-
cia, per obitum Metropolitani aut
Episcopi vacauerint, ratio admini-
strationis & muneris publici, ab E-
piscopo vel Metropolitanō , qui ad
vacantem ecclesiam promotus sit,
vel ab eo qui per eos nominatus fue-
rit, non ab alio exigatur. Episcopi
verò, qui in exequēdis his quæ hoc
decreto statuta sunt, negligētes fue-
rint , à prouinciali synodo pecunia
ria pœna fabricæ ecclesiæ applican-

E 5

Actio secunda.

da, puniantur.

Decimum octauum.

Bona quæcunque eorum clericorum, qui intestati moriuntur, ad Episcopum vel consuetudine, vel alio quoque iure pertinentia ac deuoluta, per eundem episcopū in pios tantum usus eius arbitrio expéndantur.

Decimum nonum.

Quæ pro sepulturis aperiendis, Episcopis alijsue inferioribus quibuscunque solent in aliquot huius prouinciæ diœcesibus solui, non in proprios episcoporum aliorumque inferiorum usus expendantur: sed æquis portionibus fabricis cathe-

Actio secunda.

30

dralis ecclesiæ, & cius in qua sepulitura aperienda est, earumque æconomis soluantur.

Vigesimum.

Nemini dubium esse debet, sanctissimos christianorum religionis causa conuentus ac perugilatones, quæ olim à sanctis patribus apud sacra dei genitricis, & aliorum sanctorum templa, ac martyrum sepulchra, fuere propter piam venerationem & cultum sanctè permisæ, si modo religiosè & cautè fiant, ullo modo improbandas, imo summis laudibus extollendas fore: et tantien ventum est hominum malitia, & delinquentium audacia,

Actio secunda.

ut nemo qui præsentis seculi mores nouerit, eas quæ noctu fiunt, nō improbet, atque improbandas esse censeat. Statuit igitur sancta synodus, ad illa scelera vitanda quæ in his nocturnis conuentibus contingere solent, eas per uigilations nequaquam permittendas esse: easque sub excommunicationis pœna, in quam qui cōtra fecerint ipso factō incident, prohibendas esse decernit: & omnino prohibet. Clerici vero qui eas permiserint, ab episcopo præter eandem excommunicationis pœnam, qua ipso itidem factō ligati censeantur, grauiter eius arbitrio punientur.

Vigesimum primum.

Cum templa ad hoc fuerint diuino numini consecrata, ut in eis cul

Actio secunda.

31

tus deo cum debita veneratione pacificus christiana pietate exhibetur, prohibet sancta synodus in posterum turpem illum abusum, quo dic innocentium, intra ecclesiam Theatrales quidam ludi edi publicè consueuere, magna cum ordinis ecclesiastici ignominia, nec non & diuinæ maiestatis offensa: quippe qui christianorum oculos, quos importet ad spiritualia prouocari, ab his ad peccandi libidinem auertat. Quod si quis cōtrafecerit, aut cùm prohibere possit fieri permiserit, ab episcopo præter suspensionem ab officio, quā ipso iure ad sex menses incurrat, pecuniaria pœna fabricæ ecclesiæ applicanda puniatur.

Decernit etenim sancta synodus, ut prorsus hic turpis abusus cesseret,

Actio secunda.

in ecclesijs cathedralibus & colle-
giatis nullo modo permitti debe-
re, ut facta illa ac puerilis episcopa-
tus electio fiat, quę certis anni solem-
nitatibus fieri solet: imo illam om-
nino eisdé inditē & tis pœnis fieri pro-
hibet: cum & ea plurimum pontifi-
cię dignitati vere detrahant: & prædi-
ctis abusibus, & alijs quę ecclesiasti-
cæ disciplinæ, diuinorum officio-
rum maiestati, templorumque sa-
crorum venerationi minime con-
ueniunt, occasionem dederit.

¶ Spectacula vero, ludi quicun-
que, & choreæ quę alioqui præmis-
so examine permittente ordinario,
non aliás, in aliquot solennitatibus
ac processionibus agenda sint, nul-
lo modo dum diuina officia vel ce-
lebrantur, vel dicuntur intra ecclæ-

Actio secunda.

32

siam ipsam agi permittantur: cum
hæc diuina officia perturbare so-
leant, & sanctitudinem illā interru-
pere, quam domum dei decere Da-
uid diuino spiritu docuit.

¶ Caveant tamen episcopi & co-
rum vicarij, ne dum solennitatis di-
uinæ causa ludos aliquot, & specta-
cula edi publicè permettere velint;
ea permittant quæ vel in minimo
christianam religionem offendere,
vel spectantium animos in prauos
mores quoquo modo inducere va-
leant: ne eo tempore & loco, quibus
est venia peccatorum a Deo postu-
landa, vel peccandi detur occasio,
vel quod grauius est, peccata tur-
piter committantur. Decernit ete-
nim sancta Synodus, non a-
lios ludos, non alia spectacula

Actio secunda.

permittenda ab episcopis fore, quā
quæ ad pietatem spectantium ani-
mos mouere, & à prauis moribus
deterrire possint.

Et ne quid fiat quod ordini ec-
clesiastico sit indecēs, prohibet san-
cta synodus quoscunque in sacris
constitutos, aut beneficium eccle-
siasticum habentes, ne in quocun-
que loco, & tempore laruis perso-
nati incedant: aut cuiusque in qui-
buscunque spectaculis, ac ludis per-
sonam agant: alioqui & suspensio-
ne ab officio, & beneficio, multaq;
pecuniaria arbitrio ordinarij graui-
ter puniantur.

Vigesimum secundum.

Clericis in sacris constitutis non
liceat

Actio secundā.

33

liceat fœminas, cuiuscunque con-
ditionis & ætatis sint, nec manu,
nec secū equitando eodem juméto
ducere: alioqui tam ipsæ fœminæ,
quam clerici eas sic ducentes, sint
ipso jure excommunicati: nec epi-
scopi possint vlo modo, quod hoc
decreto prohibetur cuiquam per-
mittere.

Vigesimum tertium.

Clerici quicunque in sacris con-
stituti, vel beneficium ecclesiasticū
habentes, ea quæ de mensa, & supel-
lectili episcoporum ab hac sancta
synodo statuta sunt, seruare tenean-
tur: alioqui vel à superioribus excō-
municentur, vel poena pecuniaria
corundem superiorum arbitrio, fa-
bricæ ecclesiæ vel pio loco appli-

F

Actio secunda.

canda, puniantur.

Vigesimum quartum.

Vt eorum, qui ad parochiales ecclesias sunt promouendi, maiori cum vtilitate animarum, quarum cura eis committi debet, electio fieri possit, iuxta sacrosanctas Tridentinę Synodi mentem, teneantur episcopi per edictum eos omnes qui examinari velint, omnino vocare: sic tamen, vt qui post diem præfinitum ante renuntiationem ab examinatoribus episcopo faciendam venerint, æquo cum alijs iure examinari possint: vt & examinatores, & episcopi, veleorum vicarij generales, seruata synodi Tridentinę forma eorū rationem habeant: & par-

Actio secunda.

34

rochiarum regimini salubrius consulatur.

¶ Examinatores vero, qui ad id examē sunt ab episcopo in synodo dicēsanā nominandi, sic propo- nantur, vt qualibet in Synodo mutari debeant: ne ijdem semper sint examinatores, sed saltem qui semel nominati fuerint, in proxima sequēti synodo nec nominari, nec admitti possint.

In hac autem nominatione, episcopus rationē habere teneatur & eorum, qui ex capitulo ecclesię cathedralis, in sacra Theologia vel iure canonico sint adeò versati, vt ad id munus idonei censeātur: nec nō & regularium, qui in monasterijs vel collegijs eiusdem ciuitatis, vel oppidi commorantes, propter eo-

Actio secunda.

rum eruditionem eam operam hac in re præstare possint, quam eadem sancta Tridentina synodus præstari voluit. Sit denique tertia examinatōrum pars ex capitulo cathedralis ecclesiæ : tertia item ex regularibus, si id commodè fieri possit: alia verò pars ex his clericis, qui nec de capitulo sint, nec regulares. Ex quibus omnibus ab Episcopo in synodo nominatis & ab eadem probatis, tres eligat quos maluerit Episcopus, cuiuslibet ecclesiæ vacatione adueniente. Collatio verò cuiuscunque parochialis ecclesiæ, quo cuncto modo ea vacauerit, contra Tridentini & huius decreti formam facta, irrita sit & inanis.

¶ Horum verò examinatorum cuilibet pro muneris suscepti labo-

Actio secunda.

35

re, ordinarius post beneficij collationem, ex redditibus ecclesiæ vacatis, qui alioqui rectori debeantur, iustum aliquam mercedem eius arbitrio reddi curabit: cùm & dignus sit mercenarius mercede sua.

¶ Quæ quidem omnia sancta synodus, etiam in diœcesi Giennensi seruanda fore decernit: in qua constitutio reuerendissimi Stephani Gabrielis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, eiusdem Giennensis ecclesiæ Episcopi à sede Apostolica confirmata, sic ex mente Tridentina Synodi in Ecclesijs parochialibus instituendis (quas prioratus vocant) intelligi debet, vt si Episcopo visum fuerit ex iustis & rationabilibus causis, eos qui examinandi sunt, per edictum

Actio secunda.

longioris, quam sex dierum temporis spatio, præfinitum ad id examen vocare, facere id iustè possit. Teneaturque Episcopus, in Synodo diœcesana iuxta formam decreti Tridentini examinatores nominare: à quibus, & ab Episcopo, ea forma in nominatione atque electione eorum qui ad parochiales ecclesias seu prioratus sunt promouendi omnino seruetur, quæ ab eodem Tridentino decreto fuit ad maiorem animarum salutem præscripta.

Sed & in parochialibus ecclesijs quibuscūq;, quæ dignitatibus, præbendis, capitulis, monasterijs, collegijs, alijsue locis pijs vñire sunt quocunque modo, vicarij perpetui, seruata forma quæ in eligendis

Actio secunda.

36

atque instituendis presbyteris parochialibus à Tridentina Synodo, & hoc decreto præscripta extat, deputentur: ita tamen, ut is ad quem parochialis ecclesia iure vñionis pertinet, quæ digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicauerit, præsentare ordinario teneatur: ut ab eo perpetuus eiusdem ecclesiae vicarius instituatur.

Vigesimum quintum.

Et si à sacro sancta Tridentina synodo satis cōsultum fuisse videatur parochialium ecclesiarum regimini, in his decretis quæ de residentia, & eorum examine, qui ad easdem ecclesias promouēdi sunt, edita fuerunt: tamen ne superiorū

Actio secunda.

negligentia, magno cum animarū periculo presbyteros parochiales, qui veri pastores sunt, ab ecclesijs sibi commissis abesse cōtingat: statuit hęc sancta synodus, quo scunq; ordinarios debere, eos omnes qui beneficium aliquod ecclesiasticum obtinent, cui animarum cura incūbit, si absentes sint, per predictum vocare: ut intra diem ab eisdem præfinendum, ad ecclesias sibi commissas accedant, in eisque resideat: nec ab earum ministerio discedere ausint, nisi præmissa licentia, alio qui iuxta eiusdem Synodi decretū, non aliás, obtinenda: sub comminatione sequestrationis fructuum, & priuatione beneficij, si intra id tempus ad residendum non venerint, aut iustas excusationes non al-

Actio secunda.

legauerint, & probauerint, quae eos à residentia personali excusare possint. Post prædictam vero diem statim fructuum sequestratio fiat: nec id sequestrum vlo modo remittatur, nisi absentes (qui residere omnino iure tenentur) & residere cōperint, & de residendo, aut restituendis fructibus, si non resederint, cum semel contumaces fuerint, cautionem idoneam præstiterint. Eam autem partem fructuum, quam absentes acquirere sibi non possunt, & quę fabrīcę ecclesię, aut pauperibus loci eroganda est, curent ordinarij oeconomio fabricę tradi, eius ratio ne reddituro. Quod si absentes adhuc cōtumaces fuerint, eisdē beneficijs priuetur, citati prius personaliter,

A&ctio secunda.

vel ad domum, si intra dioecesim sint, si extra per editum: ut ecclesijs sic vacantibus opportunius consulatur. Ceterum si (quod absit) ordinarij hac in re negligentes fuerint, sciant se, preter diuinam vltionem, & huius prouincialis Synodi censuræ, ac multe obnoxios fore.

Vigesimum sextum.

Parrochiarum rectores continuam habitationem intra parochiam ipsam habeant: & in eo parochiæ loco, qui ad administranda sacramenta, & altaris, ecclesiæ que ministerio sit aptior.

Vigesimum septimum.

A&ctio secunda.

38

Quoniam in plerisque locis causa commodioris agrorum culturae, parochiani ita dispersi sunt, ut nec diebus festis ad parochialem ecclesiam accedere, nec eis sacramenta ministrari facile queant: curent Episcopi, ut ecclesiæ opportunis locis erigantur: ad hoc ut parochiani sic dispersi, commode valeant & diuina officia audire: & sacramenta percipere. Ea verò erectio fiat ex fructibus ad ecclesiam matricem quomodounque pertinentibus: iuxta canonicas sanctiones, que de expensis ad ecclesias parochiales nouè erectas edificandas, tractaverunt. Atque eadem ratione competens portio illis sacerdotibus, ac ministris assignetur episcoporum arbitrio, qui eisdem ecclesijs noui-

Actio secunda.

ter erectis erunt præficiendi: seruata in omnibus his decreti Tridentini forma, & Alexandri tertij constitutione, quæ incipit. Ad audienciam.

Vigesimum octauum.

Qui in ecclesijs cathedralibus, aut collegiatis præbendas obtinet, quibus sacram scripturam interpretandi munus incumbit, sedulodenit operam, ut quum sacram ipsam scripturam interpretatur, quoniam non omnes auditores eo sunt ingenio prædicti, quo ea percipere possint, quæ ab ipsis lectoribus explicantur, facili quadam vtantur interpretatione: & ex ipsis sacre scri-

Actio seccunda. 39

pture locis, quotidianie vel de sacramentis, vel de articulis fidei, deq; alijs ad doctrinam christianam pertinentibus, & casibus his, aut dubijs, quæ in conscientię iudicio tractari solent, aliquid auditoribus exponant, quod eorum saluti spirituali prodesse valeat: idque fiat iuxta modum ab episcopo cum consilio duorum de capitulo, qui ab eodem capitulo nominentur in principio cuiuslibet anni, prescribendū: quo tempore die primo, qui festus sit, in ipsa cathedrali ecclesia, & in omnibus parochijs publicetur, quid in eo anno, & qua hora, quoquelo co sit ab eo, qui eiusmodi legendi munus obtinet, tractandum.

Hortatur vero hec sancta synod canonicos iuniores, et alios ecclesie

A&ctio secunda.

cathedralis ministros, nec non & quoscumque ciuitatis, vel oppidi clericos, quibus ea le&ctio non potest non esse vtilis: vt lectorem sic prelegentem audiant: quo & animos diuinis studijs excolat, & exerceat: atque ab otio, quod multorum malorum causa esse solet, remoueantur.

¶ Et vt ea pr&ebenda, que iuxta Tridentinam Synodi decretum ad hoc legendi munus deputata perpetuo fuit, illi conferatur, qui per se ipsum iniuncto muneri satisfacere possit: per edictum viri in sacra Theologia docti vocentur, qui Doctoris, Magistri, aut licentiati gradu in aliqua publica vniuersitate preuo examine sint insigniti: ex quibus ille eidem muneri preficia-

A&ctio secunda. 40

tur, qui magis idoneus ad id explicandum visus fuerit. Aliter facta prouisio sit irrita & inanis. Eorum verò omnium, ex quibus unus est ad id munus deputandus, mores, vita, & aliæ a Tridentina synodo requisi&te qualitates inquirantur, examinentur, & approbentur, prius quam de uno eorum deputado tractetur.

¶ Sed & in hac Metropolitana ecclesia q. primo vacauerit canoniciatus, omnino iuxta prescripta formâ doctori, vel magistro, aut licentiato in sacra Theologia conferatur: cum & ea pr&ebenda a sacro sancta Tridentina Synodo ad eum usum fuerit perpetuo constituta, ac deputa. Idem etiam fiat in alijs huius pruinciarum ecclesijs, in quibus nondum

A ctio secunda.

fuit canonicatus aliquis ad id le-
gendi munus execendum , alicui
collatus.

Vigesimum. nonum.

Cùm sacroſancta Tridentina sy-
nodus ad ſalubrius eccleſiarum re-
gime, hortetur ut in prouincijs, vbi
id commode fieri potest, dignitates
omnes , & ſaltem dimidia pars ca-
nonicatum in eccleſijs cathedrali-
bus, & collegiatis in ſignibus, con-
ferantur tantum Magistris, vel Do-
ctoribus , aut licentiatis in ſacra
Theologia, vel iure canonico, & id
in hac prouincia fieri poſſit cōmo-
dissimē : decernit hec ſancta syno-
dus, dignitates omnes in eccleſijs
cathedralibus , & collegiatis inſi-
gnibus

A ctio secunda.

41

gnibus huius prouinciæ, non alijs
effe conferandas quam Magistris,
vel Doctoribus , aut Licentiatis in
Theologia, vel iure canonico : qui
præmisso alicuius publicę vniuer-
ſitatis examine, ad aliquem ex præ-
dictis gradibus fuerint promoti.
Idem omnino feruandum effe sta-
tuit in canonicatibus conferendis,
donec dimidia ſaltem canonica-
tum pars Magistris, vel Doctori-
bus , aut Licentiatis in Theologia ,
vel iure canonico fit collata. Qui
quidem canonicatus, quum ſemel
fuerint iuxta preſcriptum modum
collati , non alijs in posterum quo
cunque modo vacauerint confe-
rantur, quam his , qui prædictam
gradus qualitatem habuerint. Per
hoc tamen nequaquam mutata cen-

G

A&ctio secunda.

featur conferendi forma: imò ab illo tantum collatio dignitatum, & canonicatum fiat, à quo, & qua forma earundem dignitatum, & canonicatum collatio alioqui fieri posset, & solet. Nec ullum ex hoc præiudicium iuri optionum fiat, quod circa dignitates, & Canonicatus consuetudine legitimè præscripta, in aliquot ecclesijs iam diu obtinuit: sed id illæsum maneat, ac seruetur.

Trigesimum.

Qui dignitates quascunque, personatus, officia, Canonicatus, & præbendas in ecclesijs cathedralibus, & collegiatis obtinent, ab ordinarijs iuxta Sacrosanctæ Tri-

A&ctio secunda.

42

dentinæ Synodi decreta omnino residere cogantur: sic quidem, vt præmissa vocatione per edictum, sequestratione fructuum, & applicatione eorum partis, quæ quidem pars vel in pios usus, vel in fabricę ecclesiæ utilitatē expendi debet, eiusque œconomō tradi, aduersus absentes procedatur. Qui si contumaces fuerint, citati prius personaliter, vel ad domum, si id comodè fieri possit, alioqui per edictum, etiam priuatione puniantur. Sint & Episcopi memores, se rationem in hac prouinciali Synodo reddituros, si in hac re, & prædictis decretis exequendis, fuerint negligentes.

Trigesimum primum.

G 2

Actio secunda.

Si quis post resignationem beneficij cuiuslibet, partem aliquam ex eiusdem beneficij fructibus quo quo modo acceperit absque sancte sedis Apostolicæ permissione, etiam ab sponte dantibus, eo ipso tam ipse, quam is qui beneficium post renunciationem consequutus fuerit, suspecti de simoniaca pactione tacita, vel expressa censeantur. Et ideo contra eos ut suspectos, procedatur ad huius criminis punitio ne, iuxta canonicas sanctiones, alia que decreta, quæ hac in re quocunque modo promulgata fuerunt.

*Placent ne vobis Reverendissimi patres
haec decreta?*

Omnes responderunt, placent.

Actio secunda.

43

Episcopus Cordubensis praesidens huius concilij.

Episcopus Seguntinus.

Episcopus Segobiensis.

Episcopus Palentinus.

Episcopus Conchenensis.

Episcopus Oxomensis.

Abbas de Alcala quæ regalis dicuntur.

*Licentiatus Martinus
Acosta Secretarius.*

G 3

ACTIO TERTIA CON-

cilij Prouincialis Toletani , in eiusdem urbis templo cathedralis ecclesiae , assumptioni Deiparæ virginis Mariae consecrato celebrata , die viceima quinta Martij , Annō à Christo nato supra millesimum quingentesimum sexagesimo sexto : in dictione nona , Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Papæ Pij quinti anno primo , ac regni iniunctissimi regis nostri Philippi secundi anno decimo .

Primum.

Episcopi publicum archium habeant , in quo scripturę omnes ad dignitatem Episcopalem , eitis

Actio tertia.

Ego Christophorus Episcopus Cordubensis diffiniens subscripsi .

Ego Petrus Seguntinus diffiniens subscripsi .

Ego Didacus Episcopus Segobiensis diffiniens subscripsi .

Ego Christophorus Episcopus Palentinus diffiniens subscripsi .

Ego Frater Bernardus Episcopus Conchensis diffiniens subscripsi .

Ego Honoratus Episcopus Oxomensis diffiniens subscripsi .

Ego Didacus , Abbas de Alcala la Real , diffiniens subscripsi .

Lecta fuere publicè in principio tertie actionis decreta de residentia concilij Tridentini , quę sub fœlicis recordationis Paulotertio , & pio . 4 . Pontificibus maximis edita fuere .

Actio tertia.

iura, & actiones pertinentes, in tutissimam custodiam deponantur, cum earum diligenter confecto inventario, quod subscriptum ab eodem Episcopo, vel eius vicario generali, & notario, simul cum eisdem scripturis seruetur. Neque ex eo archiuo aliqua originalis scriptura amoueatur, nisi ex ea causa, quæ iustissima sit, & ad utilitatem ipsius dignitatis, vel ecclesiæ pertineat: & tunc non aliter, quam coram duobus testibus, & notario, qui in eodem inventario in publicum testimonium scribat, quæ sit illa scriptura, quæ inde abducitur, quo die, & à quo, atque ad quem effectum abducta fuerit. Hoc vero archiuū in aliquo monasterio constituatur, quod in oppido ubi sedes est Epi-

Actio tertia.

45

scopalis, si id commode fieri possit, alias intra diœcesim, prout Episcopo visum fuerit magis expedire, ab eodem episcopo eligatur,

¶ Sede tamen vacante due sint huius Episcopalis archiui claves: quarum vna capitulo, aut ei qui ab eo deputatus fuerit, altera prelato ilius monasterij, in quo archiuum ipsum depositum extat, à vicario Episcopi tradatur, juramento ab eodem prelato prestito de fida eius clavis custodia: quo etiam promittat, se non permisurum, aliquam scripturam ex eodem archiuo abduci absque Metropolitani, vel superioris licentia. Ei vero, qui ad vacante ecclesiam promotus fuerit, vtraque clavis à capitulo, & Monasterij prelato liberè tradatur, cum

Actio tertia.

ratione earum scripturarum, quæ inxta huius decreti formam sede vacante ab eodem archiuo fuerint abductæ, & earum, quæ ad capitulum peruererunt, quemadmodum decreto Tridentino cautum extat.

¶ Sed & archiuum hoc Episcopale quolibet biennio ab Episcopo coram notario, & testibus omnino visitetur. Sintque Episcopi memores iuramenti, quod in consecratione de rebus ecclesiæ non alienandis præstiterunt: non enim erūt à culpa alienationis immunes, si ob eorum negligentiam ea perierint instrumenta, quibus res, & iura ecclesiarum defendi, aut inique occupata vindicari possent.

¶ Illæ verò scripturæ, quarum

Actio tertia.

46

custodia capitulo ecclesiæ cathedralis, aut collegiatæ incumbit, in publico archiuo quod in eadem ecclesia sit, custodiantur: cuius archiuo due sint claves, quarum vnam habeat Decanus, aut is qui eam habere solet, altera vero penes canonicum sit, qui præbendam doctoralem iuris Pontificij obtinet: atque in conficiendo inventario, & abdicendis ex eo archiuo scripturis, ea seruentur omnino, quæ hoc decreto de archiuo Episcopali statuta sunt. Deputeturque quolibet biennio unus ex Canonicis, qui cum his, qui claves habeant, id archiuum visitare teneatur. Loco autem illius, qui præbendam Doctoralem habet, cum vel ea vacauerit, vel is sit aliqua ratione

Actio tertia.

impeditus, alter à capitulo eligatur, qui alteram clauem archiui habeat.

Secundum.

Episcopi non alios ad primam tonsuram admittant, quam eos, quibus statim beneficium aliquod ecclesiasticum sit conferendum: aut quos constiteriteo studio literis operam dare, ut in via ad maiores ordines suscipiendos iuxta decreti Tridentiniformam, versari videantur: vel quos viderint expedire ministerio alicuius ecclesie deputari. Ecclesiarum vero ministerijs non alios deputent, quam eos, qui secundum consuetudinem cuiusque ecclesiae, in altaris & chori vero & ec-

Actio tertia.

47

clesiastico ministerio, aut in his quæ ad ordinarios ritus, &c. cæremonias diuinorum officiorum pertinent, eisdem ecclesijs servire debant. Sic tamen eorum ministerorum numerum moderari curabut, ut nullus in fraudem, iudicij secularis fugiendi causa deputatus esse censi possit.

Tertium.

Parrochi omnes, & alij quicunque, qui prædicando verbo Dei, ac docendæ plebi Christianæ operam dederint, prorsus à quæstionibus difficultibus, ac perplexis, denique à quo quis ostentationis genere abstineant, se ad captum auditorū, corūq; edificationem demittentes:

Actio tertia.

euangelium ipsum interpretatione
facili, eaque communi sanctorum
patrum, atque orthodoxorum viro
rum consensu recepta, auditoribus
exponant: eosque sanam doctrinā
docentes, toto studio omniq[ue] co-
natū à malo abstinentia, & bono
incumbendum esse, instituto ni-
mirum salutari instruere conen-
tur. Sint etiam memores, non eos-
dem esse omnium mores, atque i-
deo oportere varietate, quæ semper
christianam charitatem exigat, vt i:
vt iuxta auditorum conditionem
nunc hoc, nunc illud vitium im-
probent: sic tamen, vt virtus tan-
tum reprehendant, personas vero
nec nominatim, nec certis qui-
busdam notis perstringant: mo-

Actio tertia.

48

dō acres, & vehementes sint in
criminibus reprehendendis: vin-
cat verò seueritatem benevolen-
tia. Curent solicite, & interim
in concionibus ad plebem de ar-
ticulis fidei, de Sacramentis, de-
que alijs, quæ ad Christianam do-
ctrinam pertinent sic agere, vt ho-
rum mysteria quæ christiana plebs
intelligere possit, ex ore pastorum,
imò ab Spiritu sancto qui in eis lo-
quitur, christiana pietate perci-
piat. Commendent & populo ec-
clesiasticos mores, ritus, & cœre-
monias, quibus Catholica Ec-
clesia vtitur: quanta in his lateant
mysteria, caque omnia ad ani-
marum salutem pertinentia signi-
ficantes. Abstineant vero ab his,

Actio tertia.

quæ fabulosa sunt: martyrum tamē, & sanctorum historias, quæ communī consensu ecclesiæ receptæ sunt, vel à fide dignis scriptoribus traditæ, referre opportunè non pretermittant. Tādem depositum seruent: profanas vocum nouitates deuitent: oppositionesque falsi nominis scientiæ: quam quidam promittentes (vt diuus Paulus scribit) circa fidem exciderunt.

Quartum.

Canonicus, qui præbendam, quā magistralē vocant, obtinet, & qui ad id elititur, vt prædicationis muneri incumbat, teneatur in ecclesia cathedrali, cui hoc in ministerio seruire debet, his diebus verbū Dei

præ-

Actio tertia.

49

prædicare, quibus Episcopus propria constitutione ad hoc edita, illi id muneri iniunxerit: alioqui ab ordinario pœna pecuniaria eius arbitrio fabricæ Ecclesiæ Cathedralis applicanda puniatur; atque eiusdem Canonici expensis aliis concionator substituatur. Hi vero, qui dignitates in ecclesia Cathedrali, obtinent, Canonici, & alij quicunque personatus, aut præbendas habentes, quemcunque in eadem ecclesia cathedrali ad maiorem missam concionantem audiunt, nec ab ipso choro, nisi ex legitima causa discedant: alioqui tanquam ab illius diei processione, & missa absentes nihil acquirant: distributionesque illis ea ratione aliâs debitæ, presentibus

H

Actio tertia.

non obstante quacunque remissione accrescant.

Quintum.

Presbyteri parochiales per se ipsos, aut si fuerint impediti per alios ab ordinario examinatos, omnibus diebus festis paulò post meridiem Christianam doctrinā pueros, & puellas in unum locum prope ecclesiam, vel in ipsam ecclesiam conuocatos docere teneantur: parentesque eorum admoneant, quos & sancta Synodus admonet, ut proprios liberos domi bonis moribus, verbo, & exemplo instituentes, ea quę ad Christianam doctrinam pertinent, sedulò doceant: eadem crebro repetentes, quę illos parrochus

Actio tertia.

50

docuerat. Quod si presbyter parochialis in hoc munere exequendo negligens fuerit, ab ordinario & ab eius visitatoribus grauiter puniatur. In tradenda vero doctrina Christiana, parrochus & alijs quicunque, qui eo munere fungi debent, non alio catechismo vtantur, quam eo qui ab Episcopo, eius propria manus subscriptione probatus, & traditus fuerit: interim dum sanctissimus dominus noster catechismū generalem, quo totus Christianus orbis vtatur, edendum esse decreuerit.

Sextum.

Qui in ecclesijs cathedralibus, collegiatis, & alijs quibuscunque,

H 2

Actio tertia.

dignitates, canonicatus, personatus, præbendas, & officia quæcunque ecclesiastica habent, & alij earundem ecclesiarum ministri qui cunque hi sint, diebus Nativitatis, dominicæ cœnæ, Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, Pentecostes, sancti Petri, Assumptionis diuinae virginis Mariæ, omnium sanctorum, & ecclesiæ cuiusque ad invocationis, Sacrum Eucharistia Sacramentum ab eo, qui Missatum solennia, quæ in ipsis ecclesijs maiora dicuntur, peragit, si eadem die ipsi missam non celebrauerint, sumere teneantur. Alioqui his stipendijs, quæ octo ante diebus, etiam ratione residentiæ lucrati fuerint fabricæ ecclesiæ applicandis, & statim eius œconomia tradendis om-

Actio tertia.

nino priuentur : & ab Episcopo, vel eo absente ab illo qui capitulo, vel ecclesiæ presidet, coram omnibus eiusdem ecclesiæ ministris, acerba Christiana tamē, & fraterna correptione notentur. Huius verò multæ signadę sicuram habeat, cujonus incumbit notadieos, qui diuinis officijs non intersint. Quod si & is negligens fuerit, ab episcopo vel ab eo qui eo absente presidet, grauiter puniatur.

Septimum.

Q. V. V. M. nemini dubium esse debeat, diuinæ indignationi eos omnino subiacere, qui eccl-

Actio tertia.

fiarum redditus, canoniciis decretis à Dei lege deriuatis, principū munificentia, & piæ ac christianæ plebis liberalitate ad diuini ministerij sustentationem collatos, accipere & absūdere otiose conantur, debita pro his obsequia nequaquam præstare curantes: eosque maledictos esse, ex Hierem. 48. qui officiū, cui addicti sunt, peragunt negligenter: decernit sancta Synodus, patrum decreta, & rationē ipsam, quæ hac in re neminem non admonet, omnino sequuta, eos omnes qui ecclesijs cathedralibus, collegiatis, & alijs quibuscunque in altari, & cho-ro seruire debent, dum diuina officia celebrantur, & horæ canonicae publicè dicuntur, prorsus debere à quibuscunque colloquijs, mussita-

Actio tertia.

52

tionibus, & alijs quæ sacra perturbare solent, abstinere. Nulla etenim alia ex causa in chori locum conuenit, quam ut omnes pariter senes cum iunioribus nomen domini in Hymnis, & canticis laudare debeant: ab ipso christiani populi, pro quo preces effundere tenentur, præ ipsius benignitate salutem spiritualem, & corporalem impetraturi: non solum oris sono, sed & voce cordis psallentes, deumq; ipsum dum voce psallunt animo cogitantes. Atque ideo Episcopus, eo que absente is cui id muneric incubit, diligenter current, ne quid contra huius decreti prohibitionem, immo nec contra sanctissimorum patrum institutiones fiat: non imme-
mores tam ipsos, quam eos, qui ob

Actio tertia.

eorum negligentiam in choro psalentes perturbant, vel à psallendo retrahunt, aut à psalleendi deuoteque, ac reuerenter laudandi Dominiūm officio cessant, diuinam vltionem effugere non posse. Episcopus igitur, & qui in choro presidet, sic huiusmodi culpam punire conentur, ut indicta multa, apellatione quacunque exequitionem non impediente, presentibus, & ut decet diuina officia celebrantibus accrescat. Neque is qui peccauerit, illius diei distributiones quascunque, neque quidquā aliud quod ratione residentiæ alioqui habiturus foret, in conscientiæ iudicio acquirat.

Octauum.

Actio tertia.

53

Vt, quę à sancta Tridentina synodo de distributionibus quotidianiis, in ecclesijs omnibus tam cathedralibus, quam collegiatis ad diuinis cultus decorem & ornamentum assignandis, statuta fuere, communius fieri, & semel instituta retinendi valeant: decernit hęc sancta Synodus iuxta eiusdem Tridentinæ Synodi decreta, separari debere ab Episcopo tertiam partem quorum cunque fructuum & reddituum, ad dignitates, canonicatus, personatus, portiones, & officia, etiam ex annexis & vnitis beneficijs, ac prästimonij, etiam ratione vestiarij, & aliunde quam ex mensa, quam vocant capitularem, pertinentium: & sic separatam, in distributiones quotidianas inter

H 5

Actio tertia.

dignitates, canonicos, & cæteros diuinis officijs interessentes proportionabiliter dividendam, ac distribuendam fore: sic tamen, ut habeatur ratio earum horarum, quæ maiores dici solent, & festorum quæ solennius celebrari consuevere: ut in illis maiores distributiones dentur. Illi vero reditus, qui ex donationibus, vltimis voluntatibus, aut alia quavis piorum hominum liberalitate ad quædam diuina officia speciali quodam ordine fuere deputati, nullo modo ad hæc tertiam partem deducendam æstimari, aut conferri debent: imo illorum distributionio ea lege fiat, quæ fuerit ab ipsis donatoribus, aut testatoribus præscripta.

¶ Quod si dignitates, canonicatus,

Actio tertia.

54

aut præbendæ, vel ratione praetimoniorum, aut beneficiorum quæ illis sunt annexa, vel vestiarij, aliæque quacunque ex causa, valore reddituum sint inæquales: cuilibet dignitati, canoniciatu, & præbendæ, iuxta integrum valorem tertię partis, maiores vel minores distributiones assignentur: quas qui dignitatē illam, canoniciatum, aut præbendā obtinet, acquirat, si diuinis officijs intersit: eo vero absente distributiones istę præsentibus acquirātur, vbi illi reditus ex quibus distributione constat, vacante dignitate, canoniciatu, vel præbenda, ceteris ecclesiæ ministris competeret: alioqui si reditus illi vacationis tempore non solent ceteris acquiri, dimidia pars distributionum quæ absentia non ac-

Actio tertia.

quiruntur, illis competit, qui eodem die fuerint presentes maioris missæ celebrationi: sic tamen, ut celebrentur dupla distributionis portio: altera vero pars æquis portionibus fabricis Ecclesiæ Cathedralis, & collegiatæ, in quibus sedem habet, qui dignitatē aut officium obtinet, acquiratur. Quod si in altera tantum sedem habuerit, illius fabricæ ea pars integrè detur. Illi autem reditus, qui in frumento, pecoribus, auibus, aut alia qualvis specie diuidi iuxta cuiusque Ecclesiæ consuetudinem solent, pecunia estimantur: ut ex illorum, & aliorum estimatione, tertia pars de qua hoc decretum agit, ad distributiones separetur, reliqua vero parte statutis temporibus acqui-

Actio tertia.

55

renda: modo quod aliqui acquiri solet, si quis presens fuerit vni & cuilibet horæ canonice, non aliter acquiratur, quam si vel maiori missæ, vel eiusdem diei vesperis interfit.

Nonum.

Cum dignitates, Canoniciatus, & præbendæ in ecclesijs Cathedralibus, & collegiatis non alia ratione fuerint institutæ, quam ut qui ad eas assumuntur, in diuinis officijs celebrandis Ecclesiæ ex qualibet percipiunt, sedulò interuant: illisque muneribus incumbant, que vel iure, vel consuetudine ipsis fuere prescripta: cumque

Actio tertia.

pauci admodum sint, qui per se ipsos hęc præstare velint, curen̄t episcopi cum consilio capituli decreto Tridentinum sequuti, ea quae ad sacrorum ordinum ministerium pertinent, in eisdem ecclesijs sic instituere, vt in posterum quis ordo cuique canonicatui, ac præbendæ sit annexus, certa sit lege constitutum: modo dimidiā, saltem canonicatum, ac præbendarū pars sacerdotij, altera vero diaconatus, & subdiaconatus ordinem annexum in posterum omnino habeat. Quod si consuetudine, aut alio quoque iure sit obtentum, vt plures canonicatus, ac præbendæ, vel omnes habeant sacerdotij ordinem annexū: cùm id seruari debeat, atq; ille præbendæ sacerdotium annexum habe-

Actio tertia.

56

re dicantur, quibus celebratio missæ vel incumbit, vel indici ex constitutionibus, aut consuetudinibus solet: tunc ab episcopo cum consilio capituli sic altaris ministerio consumulatur, vt non tantum sacerdotij minister, sed & is, qui in diaconatu, & subdiaconatu qualibet hebdomada seruire altari debeat, sit ordine quodam designatus.

¶ Hi vero, qui canonicatus, aut præbendas obtinent, quibus sacerdotij, diaconatus, aut subdiaconatus ordo sit annexus, in choro & capitulo iuxta gradus dignitatem, nō receptionis diem, sedeant ac sententiam dicant.

¶ Ministris autem altaris specialis quedam portio maior quidem vel minor, gradus habita ratiōe dis-

A&gio tertia.

tribuatur: neq; hanc portionem; nec aliud quoduis ius, aut emolumen-
tum, quod alioqui quoquis modo ce-
lebranti competenter, is obtineat,
qui per alium, nō per se ipsum qua-
cunque causa impeditus, altari in-
seruit: imo loco illius per se ipsum
celebrati tam portio predicta, quā
omnia alia iura omnino acquitan-
tur.

Sed & is, qui absque iusta cau-
sa à ministerio altaris se excusaue-
rit, puniatur arbitrio Episcopi: &
preter pœnam ab episcopo indictā
teneatur etiam in conscientię iu-
dicio intra quindecim dies fabricę
ecclesię tantundem restituere, quā-
tum ipse si per se ipsum altari mini-
strasset, habiturus foret. Causa au-
tem iusta, præter eam cęritudinem

que

A&gio tertia.

17

que ad tempus accidat, ea tantum
censeri deberet, que ab Episcopo, vel
eo absente ab eius vicario, cum duo
bus de capitulo, quorum unus ab
Episcopo vel eius vicario, alter à ca-
pitulo eligatur, probata premissa
causę cognitione, & in scriptis fue-
rit concessa:

¶ Qui dignitates obtainent simul
& præbendas, que non sint perpe-
tuò ipsis dignitatibus vnitę, tenean-
tur in altari celebrare missarum so-
lennia, que ratione præbendarum
eisdem incumbant. Quod si præ-
bendas non habeant, seruentur in
qualibet ecclesia ea, quæ circa mi-
nisteria ad eos, qui dignitates obti-
nent pertinetia, fuerint statutis, aut
consuetudinibus recepta.

I

Decimum.

Qui dignitates, Canoniciatus, aut præbendas in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis obtinent, & eisdem seruire tenentur, horis canoniciis, & diuinis officijs præfentes in choro esse debent, non tantum ad momenta temporis, sed & ab horarum initio ad finem usque, quo debitum ecclesiæ obsequium, cuius ratione percipiunt stipendia, absqueulla fraude ab eisdem præstetur: & qui integras distributiones habituri sunt, christo, & Ecclesiæ integrum officium perfoluant. Is igitur, qui in horis Canoniciis ante finem primi Psalmi, in Missa ante ultimum Kyrie elei-

son, & in matutinis ante finem Psalmi, venite exultemus, vsque in finem diuino officio non interfuerit, nisi quem vrgens necessitas, petit a obtenta licentia ab Episcopo, vel eo absente ab eo qui choro præsider, discedere ante horæ finem coegerit, distributiones illius horæ nequaquam acquirat: imo absens à choro censeatur. Quod si illi ab alijs earum remissio etiam liberè fiat, easdem fabricæ ecclesie, etiam in animæ iudicio restituere teneatur: cum ea remissio iuste fieri non possit in ecclesiastici ministerij, quod ecclesiæ debetur, præiudicium.

Distributiones autem que processionibus sunt, aut fuerint assignatae, simili modo illis tantum ac-

Actio tertia.

quirantur, qui eisdem ab initio ad finem præsentes omnino perseuerauerint.

¶ Quod si in aliqua huius provinciæ Ecclesia circa præmissa, sint arctiores vel consuetudines, vel constitutiones, illæ omnino seruentur.

¶ Is verò, qui non solum à cho-ro abesse, sed & dum diuina officia dicuntur in ecclesia deambulare, aut cū alijs colloqui ausus fuerit, tōti⁹ diei distributionibus careat: nec eas, etiam in animè iudicio acquirere, aut suas facere possit.

¶ Hec autem quæ ad distributio-nes aſignandas, & ad debitum diuini cultus ministeriū statuta sunt, ſic exiftim epifcopi ab hac ſancta synodo illis fuisse demandata,

Actio tertia.

59

& commissa ad Tridentinæ syno-di exequutionem, ut grauiter fint incusandi, ac feuerè in proximè fu-tura prouinciali synodo increpan-di, ſi qua fuerit eis hac in re ob eo-rum negligentiam culpa imputan-da: cum & exactam rationem redi-turi ſint eorum, quæ in his & de-creuerint, & exequutioni manda-uerint.

Vndecimum.

Cùm ea, quæ in ecclesijs cantan-tur ad Dei laudem celebrandam, eo debeant cantari modo, quo po-puli intelligentia, quātum fieri po-ſit, erudiri valeat: & religiosa pietatis, ac deuotionis moderatione, pio-rum auditorum mentes ad diuinæ Maiestatis cultum, & cœleſtia de-

Actio tertia.

sideria excitari queant : caueant Episcopi, ne dum in chorū Musi-
corum modulos vocum omnis ge-
neris discrimine confusos admit-
tunt, Psalmorum, & aliorum, quæ
cantari solent, verba obscurentur,
ac simul strepitu incondito sensus
sepieliatur: sic denique Musicam,
quæ organica dicitur, retineant, ut
eorum quæ cantantur verba & in-
telligi possint, & potius pronun-
ciatione, quam curiosis modulis
audientium animi diuinis laudi-
bus afficiantur. Sed & illud ma-
ximè cauendum erit, ne ipsius
Musicæ sonus quid Theatralē, aut
quod impudicos amorum, bello-
rumque classicos modulos referat,
in Dei laudibus decantandis imi-
tetur.

Actio tertia.

60

Duodecimum.

Capitulorum conuentus, qui
à Canonicis Cathedralium, vel
collegiatarum Ecclesiarum fieri
solent, bis tantum in qualibet heb-
domada fiant: ne toties diuina of-
ficia ob illos, vel negligantur, vel
ipsis Canonicis absentibus cele-
brentur. Hi verò Canonici, qui
ad examinandas rationes redi-
tuum vel Ecclesiæ, vel Capituli de-
putati fuerint, post meridiem,
non ante, eidem muneri incum-
bant, ne à diuinis officijs abesse co-
gantur.

Decimum tertium.

I 4

A ctio tertia.

Qui vel iure, vel consuetudine vocem non habent in capitulo, ne quaquā ad eum conuentum admittantur, etiam ut præsentes sint: sed ipsis prorsus expulsis negotia ab his tantum tractentur, qui iure vel consuetudine, vocem in capitulo ad eius, & ecclesię retractadas habere debent.

Decimum quartum.

Canonicus, qui præbendam doctoralē, aut magistralē, vel illam obtinet cui munus legendi sacram scripturam incumbit, nec nō & pœnitentiarius, Metropolitani vel Episcopi vicarius, prouisor, aut visitator, iudex ordinarius, vel delegatus vniuersalis appellationum

A ctio tertia.

61
esse non posse. Idem in presbyteris parochialibus omnino seructur, ne ab ecclesijs, quarum cura pastoralis ipsis commissa est, eos absesse contingat.

Decimum quintum.

Cūm ab ipso christiane religionis exordio ecclesiasticis legibus, moribus, & continua traditione fuerit receptum, non solum laicos à choro, qui solis patebat clericis, exclusos fuisse, sed & in eodem cho ro quibusdam stationum gradibus clericos ipsos sic fuisse distinctos, ut nec inter sacerdotes diaconi, nec inter diaconos subdiaconi vlo modo admitterentur: cupiens hęc sancta synodus, dum videt ecclesiariū

Actio tertia.

choros hac ætate non magis clericorum, quam laicorum conuentus dici posse, ac diuina officia ob hanc causam eo quo decet modo minime celebrari, priscum ordinis decorum ad diuinę Maiestatis obsequium reuocare, decernit, laicos dum diuina officia dicuntur intra cancellos chori, in quo clerici in Ecclesijs Cathedralibus & collegiatis ea ex causa conuenire solent, nequam fore admittendos : his tantum præter cantores, & alios huiusmodi chori ministros in eum locum ingressuris, qui ecclesiastici sint, & honesto ac decenti vestitu vtantur.

¶ Hi verò laici, qui titulo sint illustres, vel Catholicę Maiestatis Consiliarij, aut ex militaribus or-

Actio tertia.

62

dinibus admitti poterunt intra chorū, si eo in loco diuinis officijs interesse velint : sic tamen, ut ab Episcopo priores post cancellos sedes eisdem deputentur, & nullo vñquam casu inter clericos ipsis sedere liceat. Quod si quis, etiam genere, & titulo illustrissimus intra chorū aduersus huius decreti ordinem diuinis officijs intersit, ipso iure sit excōmunicatus: & si manere in eodem loco contenderit, officia diuina statim cessent.

Fœminę verò cuiuscunque conditionis, & status sint, nullo vñquam tempore, nullaque ex causa diuina officia celebrantur, aut verbum Dei prædicatur, denique his horis, quibus clerici in choro præsentes esse debet, intra eundem chorū,

A&ctio tertia.

aliquemue eius locum secretum,
etiam superiorē admittantur: quod
si aduersus hanc prohibitionem fa-
ctum id fuerit, aut permisum, ipsæ
fœminæ sint ipso iure excommuni-
catæ: & qui earum ingressum per-
miserit præter excommunicatio-
nem, in quam ipso facto incurrat,
& pecuniariam multam ab ordina-
rio indicendam, sit ab officio & be-
neficio per sex menses ipso itidem
facto suspensus.

Decimum sextum.

Et si sacrosancta Tridentina sy-
nodus de parochialibus ecclesijs,
quæ collapsæ fuerint, instaurandis
ac reficiédis ea decreuerit, quæ huic
damno commodè reparando op-

A&ctio tertia.

63

portuna visa fuere: cupiens tamen
hæc sancta synodus id vitari dam-
num, decernit debere ordinarios
curare diligenter, ne parochiales
ecclesiæ dolo, fraude, aut cuiusquā
arte parochianis aliò migrantibus
inane parœciatum nomine réti-
neant. Quod si casu quocunque id
contigerit, qui vitari non potue-
rit: ex earundem ecclesiarum rediti-
bus ecclesiæ sic parochianis desti-
tutæ ne funditus corruant opportu-
nè reficiantur, & illæsæ conseruen-
tur: atque in eisdem saltē diebus
festis, ac dominicis missarum ce-
lebrentur solennia, etiam si nullus
illarum ecclesiarum parochianus
supersit. Si qui verò vel in eisdem
parœcijs manserint, aut ad easdē
redierint, quotcunque & quicun-

Actio tertia.

que hi sint, his rectores parrochiales Sacra menta ministrare teneantur.

Décimum septimum.

In his locis, in quibus ecclesiasticis patrochialium fabricis nulla decimorum pars dari solet, nec alij sint deputati anni reditus, aut ita tenues sint, ut ad onera necessario subleuanda nequaquam sufficiant: ex omnibus decimis ad quos cunque, & quomodo cunque pertinentibus, ea pars fabricis ecclesiasticorum parochialium deputetur, ac deputata censeatur, quae eiusdem diocesis vicinioribus Ecclesiis ad fabricam communiter dari, & in eiusdem fabricæ utilitatem expen-

Actio tertia.

64

di consuevit. Alioqui arbitrio ipsius ordinarij ecclesiæ parrochiales ex omnibus decimis reficiantur ac reparentur, que vel in ædificijs, vel ornamentijs reparatione indigere videbuntur. Per hoc tamen non intendit Sancta Synodus consuetudinibus, quæ laudabiles iure censentur, alijsque iuribus derogare, quibus plebs, aut alij ad ecclesiasticam reparationem teneantur, aut illis ornamenta, aliaque necessaria suppedare consuevere.

Décimum octauum.

Qui in sortem domini vocati sunt, & diuinarum rerum ministerio, ac spirituali addicti militiae, meminerint iuxta diuum Pau-

Actio tertia.

Ium, se Deo sub cuius signis militare decreuerunt, placere non posse, si quid præter sui ducis militiam agant, & secularibus negotijs vacauerint, quæ à diuinis, ac spiritualibus distrahere frequentissimè solent prohibet igitur sancta synodus, clericos in sacris, & eos qui beneficiū ecclesiasticum obtinent, laicorum esse economos, ac secularium rerum dispensatores, nec non & in foro ciuili procuratores: exceptis his negotijs, quibus iuxta canonicas sanctiones pietatis causa vacare iustè possint: alioqui ab ordinario poena suspensionis ab officio, & beneficio ad sex mensas puniatur:

Decimum nonum:

Tanta

Actio tertia.

65

Tanta est in christiana republi-
ca ecclesiastici ordinis dignitas, vt
ecclesiarum ministri cùm alijs ra-
tionibus à naturali ac diuina lege
deductis, tum vel ex eo honestè vi-
uere teneantur, quod cæteris mo-
rum probitate, vitæque sanctitate,
& exemplo, magnam authorita-
tem ad Christianæ, ac piè viuendū
affirre debeant: cui tamen dubio
procul grauiissimè leditur, cum tan-
tus ordo fœdissima incontinentiae
ac concubinatus ignominia infe-
ctus decoré illū retinere nequeat,
qui ad continentos in officio secu-
lares non tantū vtilis, sed & maxi-
me necessarius esse videtur. Iccirco
hæc sancta synodus decernit, epi-
scopos omnes, ac quoscunque or-
dinarios solcite debere aduersus in-

K

Actio tertia.

continentes clericos, non solum iuxta sacros veteres canones, & concilij Tridentini decreta procedere, ut a praesenti concubinatu recedant: sed & veteris, ac iam præterite incontinentiae argumenta, ac publica testimonia penitus abolere cogantur. Ordinarij igitur quibuscunque poenit ad priuationem usque beneficiorum, quoscunque clericos districte compellant, ne secundum domi illegitimos liberos quoscunque habeant: ut incontinenti labes, ac memoria omnino aboleri valeat.

Vigesimum.

Quoties ordinarius ob aliquod crimen quemcunque in ecclesia ca-

Actio tertia.

66

thedrali, vel collegiata dignitatem, personatum, officium, canonicum, aut praebendam habentem, suspensione ab officio, vel beneficio, exilio, aut poena pecuniaria puniendum duxerit: non possint alij eiusdem ecclesiae ministri, nec capitulum ipsum negotia ecclesiae, vel capituli sic exulantem committere: nec eidem, aut alijs supradictis creditibus mensa, quam capitulari vocant, vel distributionibus quicquam, etiam gratuitè donare, aut remittere. Alioqui sic donantes aut remittentes, teneantur tantum fabricæ ecclesie restituere, etiam in animæ iudicio: quum his modis frequenter ordinariorum punitionibus, & eisdem iustissimis, fraudem fieri contingat: imo

Actio tertia.

plerunq; poena delinquentibus in dicta in eorum lucrum, malo cum exemplo ecclesiasticæ disciplinæ, cedat. Quod si ratio pietatis, charitatis, aut publicæ utilitatis aliud ex poscat, re ad ordinariū délata eoq; sciente, capitulum possit vel absenti subuenire, aut illi ecclesiæ, vel capituli negotia committere: seruata semper ea forma, quæ in dicendis sententijs, rebusque diffiniendis ab eodem capitulo seruari solet.

¶ Idem sancta synodus statuit seruandum esse, quando ordinarius in aliquē, vel aliquos de capitulo sententiam excommunicationis indixerit: vt capitulum ipsum nequam posse, quod sic excommunicationi ex præbendæ redditibus, aut distributionibus acquirere iure non va-

Actio tertia.

67

lent, eisdem vel remittere, aut gratuitō vel alio quouis modo, aut quæ sito colore in fraudem canonum, & sententię donare.

Vigesimum primum.

Qui in ecclesijs parrochialibus beneficia quæcunque etiam simpli cia, & quibus alioqui nulla incumbit animarum cura obtinent, quorum ratione in eisdem ecclesijs seruire tenentur, & qui eorū loco seruiunt, tempore quadragesime, & quo plebs ad indulgentias ex jubilai formā consequendas confiteri peccata debet, teneantur omnino ipsos presbyteros parochiales in audiendis subditorum confessionibus coadiuware, licentia prius ab or

K 3

Actio tertia.

dinario legitimè obtenta : alioqui ab ipsis ordinarijs eorum arbitrio puniantur.

Vigesimum secundum.

Visitatores ab Episcopo deputati, teneantur dum visitationis officio fungi debent, solicite operam dare, ut in his domibus in quibus pueri prima solent addiscere elemēta, à præceptoribus, & magistris, qui bonis moribus prædicti esse debent, doctrina christiana quolibet die summatim tradatur: idem fiat & ab his fœminis, quæ puellas ead docent, quæ eis scire oportet: ut recte institute matris familias inuenient exercere valeant. Eosdemq; præceptores, & magistras per censu-

Actio tertia.

68

ras, et si opus fuerit auxilio brachij secularis ad id agendum compelle re non prætermittant.

Vigesimum tertium.

Quoties ab ordinario vel licentia, vel consensus petatur, ut quis studiorum gratia ad certum tempus absens, beneficij fructus percipiat, & à residentia personali excusetur: non aliter is consensus vel licentia detur, quam diligentie premissa inquisitione, an qui eam petit ad literarum studia sit aptus, & an temere, vel in fraudem hanc licentiam petat. Quam si ordinarius omnibus maturè discussis & examinatis, duxerit concedendam: tunc ad annum tantum, ut in

Actio tertia.

vniuersitate in qua generale studiū vigeat, sacrę Theologię vel iuri canonico operam det, eam licentiam dare possit, vel datæ consentire. Poterit tamen eam prorogare, modo quolibet anno prorogatio ad sequē tem petatur ac detur: viso prius publico testimonio rectoris vniuersitatis, & vnius publici preceptoris, quo cōstet, quem in literis progres sum faciat is, qui licentiæ proroga tionem petit, quamquevitam agat: ne falsa studiorum causa sacris can nonibus fraudem fieri contingat.

Vigesimum quartum.

Cùm omnes christianam reli gionem professi teneantur saltem semel in anno, iuxta concilij gene-

Actio tertia.

69

ralis constitutionem, die dominice resurrectionis sacram eucharistiæ communionem suscipere: & pos sint eidem præcepto satisfacere, sanctæ sedis Apostolicæ vel constitu tionibus, vel speciali iure, si alijs qui busdām diebus idem sacramētum sumpserint: declarat sancta Syno dus, neminem præcepto huic satis facere, nisi à proprio parrocho, aut ab alio de ipsius parrochi, vel ordi narij licentiæ, sacramētum eucha ristiæ susceperit: quocunque tem pore id ex eodem præcepto sumen dum sit.

Vigesimum quintum.

Tanti fuere in Christiana repu blica sacrosancta, ac veneranda vir

K 5

Actio tertia.

ginitatis, & castitatis vota, ut ecclesia catholica post Domini nostri Iesu Christi ascensionem ex eius institutione, ab apostolorum aetate nusquam cessauerit vel ea commendare, vel continua traditione ea instaurare, quæ ad illibatam eorundem vetorum custodiam necessaria, comodaue visa fuerunt: presentim exactam rationem haberi voluit eorum, quæ ad clausuram pertinent virginum, quæ semel Deo earum sponso dicatae ac deuotæ, virginitatem perpetuam ei sponte offerentes, tot periculis ac demonum calumnijs infestari, atque oppugnari solent, ut non satis consultum tot editis canonibus ac decretis, eorum tutelæ videri possit, nisi Episcopi, & alij quibus earundem virgi-

Actio tertia.

70

nium cura commissa est, diligentissime curent, ne ullius unquam hac in re culpe notari possint: eo maxime, quod quævis in adeo imminenti periculo negligentia, non potest non esse maxima: cum & ecclesia catholica non alia ratione his fœminis, quæ professione solenni cum paupertate & obedientia, continentiam ac castitatem voverunt, editis hac de re Canoniciis constitutionibus clausuram indixerit, quam quod vel eam necessariam, vel saltē commodissimam huic instituto, tanquam tutissimum virginitatis praedium, esse decreuerit. Duo igitur Sancta haec S Y N O D V S maximopere precauenda esse decernit: alterū, ne quævis causa existimetur esse

Actio tertia.

iusta, ut moniali liceat monasterij claustra exire: sed illa tantum, quæ sic ad eius salutem corporalem pertineat, ut nisi maximo cum vite periculo intra claustra manere nequeat: vel quæ huic similis diligenterissimo examine censeri valeat: alterum, ne quis existimet, absque grauissimo animæ periculo posse, sanctimonialium claustra ingredi: cum id, etiam superioris licetia nequaquam liceat, nisi in casibus necessarijs: extra quos nec licetia dari potest, nec data cuiquam suffragari valeat: maximè viris cuiuscumq; ætatis & conditionis sint, quibus prælati licentiam huiusmodi omnino negare debent: etiam ut cum sanctimonialibus ipsis, et si filie sint, alio in loco, quamuis ipsis claustris con-

Actio tertia.

71

tiguo, quanti per cancellos loquantur. Eodem siquidé iure, quo quis claustra sanctimonialium ingredi prohibetur, & ipse sanctimoniales exire eadem interdicuntur. Meminerint tandem Episcopi, & alij qui bus huiusmodi munus incumbit, quanta eis sacrosancta Tridentina synodus spiritu sancto inspirante, post tot sacros canones fuerit comminata, si quid eorum culpa commissum fuerit, quod vel minima ex parte virginitati, quemadmodum Maiestati deiota fuerit, nocere possit.

Vigesimum sextum.

Quum spectacula, in quibus à plebe in foro vel circo, tauri agitari solent, nulla ratione ad vota, quæ

Actio tertia.

religionis causa sūnt, pertinere possint: iccirco sancta synodus discernit, hęc spectacula adeo non esse religionis causa youenda, vt & ipsa vota, quę hactenus etiam totius populi consensu, quoçunque iuramento prestito emissā fuerint, irrita esse declareret, & omnino irriteret: itio ea in posterum fieri vetat excommunicatione ipso iure indicta his, qui vel hęc vota voverint, vel cum ea ne fiant prohibere possint, fieri permiserint. Dies enim, qui publica in venerationem vel sacramentissimi Iesu Christi corporis, vel diuę virginis, aut aliorum sanctorum solennitate sunt à Christiana plebe colendi, non hisce spectaculis sed diuinis laudibus, precibusq; continuis, & gratiarum actioni-

Actio tertia.

72

bus sunt sanctificandi.

Clerici autem in sacris constituti, vel beneficium ecclesiasticum obtinentes, quicunque hi sint, & cuiuscunque dignitatis, cum in decorum sit ordini ecclesiastico eius ministros hisce spectaculis presentes esse, eisdem quacunq; ex causa vel ratione edita fuerint, interesse nequeant. Alioqui ab ordinario eius arbitrio puniantur.

Vigesimum septimum.

Quia in huius Provincię locis, & ecclesijs non eadem est, nec esse potest erigendi seminarij facultas: Episcopi seminaria erigere non pretermittant, habita tamen ratione eorum, quę à decreto Tridenti-

Actio tertia.

no tradita fuere: & aliorum, quæ huic erectioni iuxta cuiusque loci facultatem & cōditionem commōdiora sint: quo semel erēcta ad adolescentium institutionem eum progressum habeant, qui ordini ecclesiastico sit aptior.

Vigesimum octauum.

Cūm ex sanctorum patrum institutis ad hoc sint prouinciales synodi congregandæ, vt in eis de corrigendis excessibus, moribus reformatiis, ac de his statuendis agatur, quæ ad cōmūnem prouincię vtilitatem visa fuerint pertinere: atque ea ratione sacris canonibus cautum fuerit, idoncos probosq; viros per singulas diœceses statuendos fore, quo syno-

Actio tertia.

73

synodus ipsa de his certior fieri valeat, quæ vel correctione, vel reformatione indigere videbūtur: iccirco hęc sancta Synodus canonicas sanctiones sequuta, decernit in posterum ab hac prouinciali synodo viros bonis moribus præditos, prudētes, & alioqui rerum cognitioni aptos eligi debere ex singulis diœcesibus, qui absque vlla iurisdictiōne diligenter inquirere debent, quæ sint illa quæ corrigi, emendari, aut reformari sit vel vtile, vel necessarium: iuramento tamen coram cuiusque diœcesis Episcopo prius præstito: quod iuxta formam testibus synodicis præscriptam sic exigi debet, vt & ipsi nouerint, grauissimo periurij scelere notandos fore, si odio, fauore, amore, pretio, aut alio

L

Actio tertia.

quouis humano affectu, siue negligentiæ culpa, quid inquire prætermiserint, vel deferre ad cuiusque diœcesis Episcopum, & ad prouincialē synodum neglexerint, quod iure & ratione accepti muneris, uestigare & deferre teneantur.

¶ Quod si adhoc munus exercendum aliquot expensæ fuerint necesarioræ: hæ ab illis exigantur autoritate ordinarij, qui eas vel iure, vel consuetudine prestatæ tenentur.

¶ Ad huius igitur decreti exequutionem hæc synodus eligendos esse censet, atque eligit in hac Toletana diœcesi, & primum in hac vrbe alfonsum dela paz presbyterū parochialē sanctæ Iustæ: licetiatū de Moria presbyterū parochialē santi Andreæ, & doctore Farfanū presbyterū parochialē sancti Iacobi. Insu-

Actio tertia.

74

urbis. Talauerę Franciscū de Hoyos Canonicū, & Christophorum Bustamantē presbyterū parochialē Alcaudeti. Compluti doctorem Ioannem Mendez canonicum, & doctorem Messiam presbyterum parochialē Moratæ. Madriti Gregorium Ouetensem in ecclesia sancti Andreæ, licentiatum Blasium Martinez parochialē presbyterum Pinti, & licetiatum Mathiam de vrosa. Guadalajarę ludouicum de Hinestrosa, & doctorem Ioannem alfontum. Alcarazij, Ioanem de Aquila, & Christophorum Reguillum. Ocannię, Protonotarium Calatayud, Gonçalim chaconem silecum presbyterum parochialē del Pozuelo. Caçorlæ, Licentiatum Martinum Tero vicarium. Almo-

Actio tertia.
 gueræ, Melchiorem collaços Ordo
 ñez, eiusdem oppidi parrochiale
 presbyterum. Alcoleæ de Torote,
 licentiatum delos Rios. Guardiæ,
 Franciscum Maldonadum. Mon-
 dejaris, doctorem Petrum Marti-
 nez. Illescis, bachalaureum san-
 ctum Garciam, & Fráscum de A
 uila. Canallis, Christophorum de
 Herrera. Vzedę, Philippum Vacca.
 Buitragi, Ioannem Carrança. Tala
 mancæ, licentiatum Plaça. Çorite,
 licentiatum Pradum. In populo de
 Alcocer, bachalaureū Villalobos:
 & bachalaureum lucam Ferdinandū
 Montaluani, donum Ioanné
 Baptistam. Rodillis, licentiatum
 Menesium. Maquedę, Enecum Lo
 pez de Medrano, & Ioannem de
 Herrera Hybarra. Sanctę Eulalię,

licenciatum Castrouerde. Scalone,
 Petrum sahagun, & lucam Lopez.
 ¶ In dieceſi cordubensi, Franci-
 scum Pachiecum decanum ecclesię
 cordubensis. Petrum Ferdinadum
 de valençuela. Alonso de Bara-
 jas, Magistrum Gaytanum Francis-
 cum Lopez incolam oppidi de Bu
 jalancæ, bachalaureum Portachue
 lum oppidi Aquilaris, Ferdinandū
 Pinum vicarium lucenæ, Melchio
 rem de regibus vicarium Ramble,
 Piedrahitam vicarium Palmæ, Frá
 scum Lopez bachalaureum, inco
 lam oppidi Belli Alcaçaris, Magi-
 strum Penuscam vicarium de villa
 pedroche. Licentiatum Rayum vi-
 carium chilloni, Petrum Martinez
 de lastres incolā oppidi de vaena.

¶ Indiceſi Burgensi, in ipſo Ar

Actio tertia.

chidiaconatu Burgensi Alfonsum de Cuevas, & doctorem Benedictū Vgochoniū canonicos Cathedralis ecclesiæ. In ipsa vrbe, bachalaureū Ioannem Garsiam confessarium in sancta Dorothea, atque item bacha laureum Baeça presbyterum parochialem sancti Stephani. In Archidiaconatu Treuinni bachalaureos Alfonsum Melendez, & Joannē del gadum, & bachalaureum Nietū. In Archidiaconatu valpuestæ licentiatum Joannē Hugartem, & Didacū Martinez de cespedes vicariū. In archidiaconatu Palençuelæ, curiel archipresbyterum, & bachalaureum vega. In archidiaconatu Laræ, licentiatum Nebredam prioren de Couaruuias. In archidiaconatu virbiæ, bachalaureum Balthasarem Ar ciniegam.

Actio tertia.

76

- * In diœcesi seguntina, & in ipso Archipresbyteratu Seguntino Franciscum falazarium capellanū maiorem, & canonicū Lucam despinosa. In archipresbyteratu Medi nae cœli doctorem Roxo, & doctorem Riberam.
- * In archipresbyteratu atienç doctorem Ocaña & Bachalaureū Cé dejas. In archipresbyteratu ayllonis doctorem seguntiam, & licentiatum Çapatam.
- * In Archipresbyteratu çifontano Magistrum Romum & bachalaureum lacunam. In archipresbyteratu Almaçani bachalaureum lazaru & bachalaureum Torralua.
- * In archipresbyteratu Berlanguæ, Petrum de la Rea, & bachalaureum ximenez. In Archipresbyter-

Actio tercia.

ratu Caracenæ, bachalaureum Ale-
manum, & bachalaureū sánchez.

¶ In Archipresbyteratu Haricæ ba-
chalaureum Ruiz, & Petru Garsiā.

¶ In Archipresbyteratu Molinę Pe-
trum Garçes de Marcilla, & bacha-
laureum Madrid.

¶ In dicecesi Segobiensi, & in ip-
sa vrbe doctorem valderum, & Pe-
trum de Frias canonicos. Antoniū
de Trinitate, & dominicum Orte-
gum, & bachalaureum Tardon.

¶ In Archidiaconatu sepuluedæ li-
centiatum de proaño, & licentia-
tum vera.

¶ In Archidiaconatu cuellaris Frá-
ciscum de santo Romano.

¶ In districtu coquensi bachalau-
reum Alia Archipresbyterum, &
bachalaureum cerbera.

Actio tercia.

77

¶ Turuegani: Truxillum presbyte-
rum.

¶ In districtu Pedrazę, licentiatum
Vizcaia.

¶ In dicecesi Palentina, & in ipsa
vrbe licentiatum Meridā, & docto-
rem vadillum Canonicos.

¶ In Archipresbyteratu Carrionis
bachalaureum Ioannem Ceanum.

¶ In Archipresbyteratu de pobla-
cion Bernardinum Gonçalez.

¶ In Archipresbyteratu de Auia,
Bernardinum Antonium.

¶ In Archipresbyteribus de Her-
rera, Hojeda, & Ordejon, bachala-
reum peracancas.

¶ In Archipresbyteribus de Ca-
strejon, Cardaño, Poblaciones, &
vedoya licentiatum caloca.

¶ In Archipresbyteribus de Pare

Actio tertia.

des, Bezerril, y la Cuença Bachalaureum Thomam Ferdinandum.

¶ In Archipresbyteratu de Castro Mocho bachalaureum Tintorem.

¶ In archipresbyteratibꝫ Medinę de Rioseco, Tor de humos, & Vrueña, licētiatū Didacū d̄ valbas moreno.

¶ Invicarijs empudieꝫ pedraza, villa martini, & Grijotę licētiatū vallejo.

¶ In Archipresbyteratibus de Astudillo, valtanas, y cebico licētiatum Muñoz, & bachalaureum Mácebo.

¶ In archipresbyteratu de Peñafiel bachalaureum Muñoz.

¶ In Archipresbyteratu portilli, & vicaria Tudellæ, bachalaureum, Marquez.

¶ In archipresbyteratibus septimā censi, Tordesillas & turris lobatonis, bachalaureum Gallecum.

Actio tertia.

78

¶ In Archipresbyteratu de Dueñas, lupum Brabum.

¶ In diœcesi Conquensi doctorem Alfonsum Ramirez de vergara canonici in ecclesia cathedrali. Martinum Salmeronium, Laurentium de Osma, & Millanā presbyterum parrochialem sancti Petri in vrbe Huere, velascum Carrillum scholasticum ecclesiæ Bellimontis, doctorem Gonfalum lopez. Petrum de velasco castanneda, Bachalaureū Fromestam de Lomas, bachalaureū irançum, Ioannem de Morillas archipresbyterum Moyæ, Ioannem de arriba, Antonium Turencum vicarium Hortę, & licentiatū Mefsiam, AĒmilianum Ruiz dela coua vicarium Hiniestę, & bachalaureum Brabum.

Actio tertia.

¶ In diœcesi Oxomensi in ipso Archipresbyteratu Oxomensi lice tiatum Alfonsum de Medina Archidiaconum Oxomensem, Aran dæ, Ioannem Brabum, Roæ, bacha laureū vocos priorem ecclesiæ collegiatæ, Acç, Iulianum de Ortigo sa. Soriæ, Ioannem de Tormes. In Archipresbyteratu Gomaræ bachalaureum Ioanné Ruizum, Crû næ, Alfonsum dela cal vicarium.

*In diœcesi Giennensi in ipsa vr be Didacum Gonçalez Canoni cum, & Didacum Salazarium por tionarium, & doctorem valentinū Priorem sancti Illefonsi. Baecç, Ioā nem oconium Archidiaconum v bedæ, doctorem Carloualium, & doctorem forianum. Vbedæ, Ferdi nandum de Ortega cátorem eccl-

Actio tertia.

79

się vbedensis. Andujaris, Ioannem de collados. Alcaudeti, Gonçalum vilches. Et villænouę, quę Archie pscopi dicitur, licentiatū Poyatos.

* In Abbatia de Alcala, quę regalis dicitur, bachalaureum castellum, & bachalaureum seguram.

Quos oēs sancta synodus in Christo Iesu hortatur, ne quid agere præ termittant, quod ad tā salubre munus sancte, & in reipublice utilitatē exercendum conducere possit.

Placent ne vobis Reverendissimi patres hęc decreta? Et huic sanctę prouinciali synodo finem imponi ad laudem Dei omnipotentis?

Responderunt, Placet.

Aetio tertia.

Ego Christophorus Episcopus Cordubensis diffiniens subscripti.

Ego Petrus Seguntinus diffiniens subscripti.

Ego Didacus Episcopus Segobiensis diffiniens subscripti.

Ego Christophorus Episcopus Palentinus diffiniens subscripti.

Ego Frater Bernardus Episcopus Conchensis diffiniens subscripti.

Ego Honoratus Episcopus Oxomensis diffiniens subscripti.

Ego Didacus, Abbas de Alcala la Real, diffiniens subscripti.

In cuius fidem subscripti.

Ego Gundisaluus melendez de valdes, licetiatus, Cordubensis prouisor, & sancti Concilij Toletani, Secretarius.

Domingo de Cauiala.

C O M P L V T I.

Excudebat Andreas de Angulo.

1566.